



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Eusebiu Tu Pamphilu Ekklesiastikē Istoria

Eusebius <Caesariensis>

Mogvntiae, 1672

Henrici Valesii Annotationes In Librum Secundum Historiae Ecclesiasticae
Eusebii Pamphili.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14478

exemplari Mazarino & in Fuk. scriptum invenissem... A

bio longe discedit. Quippe in actis illis disertè scribitur, statim post ascensionem Christi hæc gesta esse...

HENRICI VALESII ANNOTATIONES IN LIBRUM SECUNDUM HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ EUSEBII PAMPHILI.

IX. PROEMIVM.

Simulabo tamen, vulgatam lectionem in codice Regio super scriptam esse eadem manu.

In Caput I.

Ab his verbis primum caput Regio. exoritur sumus, partim Rufini, partim Regii codicis & Maz. & Fuk. auctoritatem sequentes.

THE TE THEOLOGIAS... Affentio Henrico Savilio, qui in libro suo emendavit... T

Alii eodem anno quo passus est Christus, lapidatum illum esse volunt, 7. Calendas Januarias. Ita diserte scribitur in Excerptis Chronologicis quæ cum Eusebii Chronico edidit Scaliger pag. 68. Et hæc fuisse videtur Eusebii sententia, ut ex hoc loco apparet. Alii verò triennio post Christi mortem martyrium Stephani reculerunt, anno Tiberii ultimo. Ita scribit in Chronico Georgius Syncellus. Multi etiam ulterius processerunt; & Stephanum anno ab ordinatione sua septimo passum esse scripserunt. Inter quos est Evodius apud Nicephorum, & Hippolytus Thebanus, & auctor Chronici Alexandrini, qui anno Claudii primo martyrium Stephani adsignat. Quæ sententia hinc ut opinior manavit. Pro certo scilicet habebant, Paulum paucis diebus post eandem Stephani ad Christi fidem fuisse conversum. Eundem verò anno conversionis suæ tertio Hierosolyma advenisse, ipsius testimonio didicerant. Id porro accidisse anno Claudii tertio paulò ante obitum Herodis Agrippæ, ex Lucæ historia optime concludebant.

ὁ τὸ τῆ ἰωσήφ ὀνόμαστο παῖς: τὸ δὲ χειρὸν πατρὸς ἰωσήφ. Horum veterum loco in Fuketiano & Saviliano codice ita scriptum habetur. ὁ τὸ τῆ ἰωσήφ τὸ τομφομένον οἰονεὶ πατρὸς τῆ χειρὸν, levi discrimine, cum idem sit utrobique sensus. Ait igitur Eusebius Jacobum qui in Evangelio & in Epistolis Pauli frater Domini dicitur, filium fuisse Josephi ex alia conjugè, quam Josephus ante Mariam sibi sociaverat. Cum Eusebio consentit Epiphanius in hæreticis Nazæarorum & Antidicomarianitarum. Gregorius Nyssenus in oratione secunda de Christi resurrectione, & Hippolytus apud Nicephorum in lib. 2. cap. 3. nisi tamen titulus mentitur auctorem. Sed Hieronymus in libro de Scriptoribus Ecclesiasticis, Jacobum huic idcirco fratrem Domini appellatum esse existimat, quòd filius esset Mariæ, sororis matris Domini. Cum Hieronymo consentit Chrysostomus & Theodoretus in Epistola ad Galatas, aliique plures. Multa quidem de hoc argumento disseruit Baronius in Annalibus. Mihi tamen verior videtur opinio eorum, qui Jacobum & reliquos Domini fratres, Josephi ex priorè matrimonio filios esse dicunt. Hæc enim sententia magis congruit verbis Evangelij, Josephus quoque in libro 20. antiquitatum, & in libris de excidio Hierosolymitano, hunc Jacobum diserte appellat fratrem Jesu Christi.

ἐν τριῶν ἐν γὰρ εἰς χροῖσα. In tribus nostris codicibus Maz. Med. ac Fuk. scriptum est ἡμεῖς, quod magis placet. Et paulo post ubi legitur τῶν δὲ ἐν αὐτοῖν τοῖν ἰακώβων, iidem codices scriptum habent, τῶν δὲ τῶν ἰακώβων, &c. quibus etiam consentit codex Savilii.

πῆσαν ἡ γὰρ φασί. Hadrianus Turnebus in suo codice emendaverat φασί, quam emendationem reperi etiam in libro Renati Moræi Medici Parisiensis, nostri tamen codices omnes cum Rufino ac Nicephoro vulgatam lectionem tuentur. Mox in ipsdem Turnebi ac Moræi libris pro ἐπιδικάζουσαι emendatum est ἐπιδικάζουσαι, quod certe rectius videtur.

παρέδωκε πλὴν γνώσιν ὀκνεῖ. Donum scientiæ interpretatus sum. Erant tunc in Ecclesia multa ejusmodi dona seu Charismata, quæ non solum Apostolis, sed etiam aliis è populo fidelibus Deus in-

terdum communicabat. ut testatur Paulus. Inter hæc dona præcipuum fuit γνώσις, quam Clementis libro 6. Stromateum definit scientiam & comprehensionem præsentium, præteritorum & futurorum: atque Christum. cum in terris veritatem, eam Apostolis tradidisse: ab Apostolis vero continua deinceps successione ad paucissimos pervenisse. σοφία ἀν ἐπιγνώσις, ἐπιστήμη οὐσα κατὰ τὴν ταύτην τῆ ἰσομύνην ἢ παραρηκίτην, θεϊκῆς ἢ ἀποστολικῆς ὡς ἀντὶ τοῦ θεοῦ παραδεδωκεν, ἀποκαλύπτουσα. Et paulo post: ἡ γνώσις δὲ αὐτῆ ἡ κατὰ διακρίσειν ἀληθείαι ἐκ τῶν ἀποστόλων ἀρχαῖαι παραδεδωκεν ἀλλήλοις. Et Ecclesia quidem hoc scientiæ donum perpetuò retinet. Hæretici verò quamvis eam vindicent & Gnosticorum nomen usurpent, eam tamen habere non possunt, cum alieni sint ab Ecclesia Dei. Porro vetus Interpretæ Irenæi γνώσιν interpretavit agnitionem.

ἐπι πλὴν εἰδέναι. In codice Maz. Med. Fuk. ac Saviliano legitur ἐπι τὰ εἰδέναι.

μετὰ πλείων ἐτέρων ἀνδρῶν. Magis placet ledici edicum nostrorum Mazarini scilicet Med. Fuk. ac Saviliani μετὰ πλείων ἀνδρῶν τοῖς αὐτῶν λέγειν χροῖσα.

ὁποῖοι τινες εἶν. Quatuor nostri codices Martini, Med. Fuk. ac Savil. scriptum habent ὁποῖοι τινες εἶν, quod rectius videtur. Sic enim paulo post ἐστὶ καταφωραθῆς, &c. λέει.

In Caput II.

παλαῖον κερτακότ. Quæret hic forte aliquis, cur hunc morem, ut scilicet Rectores provinciarum, si quid apud se novi contigisset, referrent ad principem, antiquum vocet Eusebius. Hoc enim mos ille tunc quidem temporis valde rusticus erat, cum recens adhuc esset Imperium Romanum, & nuperrimè ab Augusto continuatum. Aut igitur dicendum est, Eusebium de suis temporibus intellexisse, cum morem illum antiquum vocavit: aut certe præca illa tempora designasse, quibus Respublica Romana populari imperio regitur. Tunc enim Proconsules & Praetores quæ provincialis erant, missi ad Senatam literis, quæstiones novi contigerat, renuntiabant.

ὡς τὰς τε ἄλλας αὐτὸ πούδ' ἔχει. Nostri codices Regius, Maz, Med. cum Fuk. ac Savil. omnes uno consensu scriptum habent ὡς τὰς τε ἄλλας, &c. Quod autem sequitur ἢ ὡς ἔστι, pleonasmus est Eusebio familiaris, ut πάλιν ἢ & similia. Mallem tamen posteriore istud ἀποπύγγυον, ne molestia sit eisdem particule repetitio. ταύτης δ' αὐτῆ ἀπὸ ἀποσταμίνης. Procul dubio scribitur dum est ταύτη δ' αὐτῆ, quam emendationem commutat Nicephorus in lib. 2. cap. 8. sic enim ait: αὐτῆ δ' ἐστὶν ὁμοκλήτου βουλῆς ἀποσταμίνης τῶν παρὰ τῆς τῆς λόγων, &c.

τὸν Τερτυλλιανὸς τοὺς ῥωμαίων ἱερέων ἐκελευσέν. Eius loco quidam suspicati sunt, Tertullianum illum qui inter Ecclesiasticos Scriptorum celebris habetur, Jurisconsultum fuisse. Certe in indice Pandedætarum, inter juris auctores ex quibus opus illud collectum est, recensetur Tertullianus quælibet octo quaestionum scripsit, & de cultu ecclesiæ libro singulare. Sed non dubito quod

hic diversus sit ab illo presbytero Carthaginensi. A Neque verò Eusebius illum Jurisconsultum fuisse dicit; sed tantum ait cum leges Romanas accuratissime calluisse. Quod quidem vel ex uno ejus Apologetico licet cognoscere, in quo legum Romanarum sapissime meminit. Ac mihi quidem videtur Eusebius hunc unum Tertulliani librum legisse, cum solus hic ex Tertulliani libris, in Græcum sermonem conversus fuisset.

τῶν δὲ ῥώμης λαμπρῶν. Ex his verbis colligere quis posset Tertullianum Romæ vixisse, & unum fuisse ex Senatorio ordine. Id enim sonant hæc verba. Constat tamen ex Hieronymo in Chronico & in libro de Scriptoribus Ecclesiasticis, Tertullianum domo Carthaginensem fuisse, patre Centurione Proconsularis officii. Quæ quidem militia non admodum fuit honorata; quippe cum ejusmodi milites nudum nomen militum haberent: re ipsa autem apparitores essent Proconsulum; & vilibus ministeriis fungerentur. De patria quidem sua ipsemet scribit in Apologetico cap. 9. ubi agit de Tiberio Proconsule Africæ, qui faceret Saturni in crucem egerat. Teste militia patriæ nostræ, quæ id ipsum minus illi Proconsuli sumpta est. Id est, testes sunt officiales seu apparitores Carthaginenses Proconsulum Africæ. Quare hæc Eusebii verba τῶν ἀλλοτρίων ῥώμης λαμπρῶν, malim interpretari de Scriptoribus Latinis. Solet enim Eusebius Romanorum vocabulo designare, non ipsos Romanæ urbis indigenas ac cives, sed Latinos & Occidentales, ut inferius notabitur. Recte ergo Rufinus hunc Eusebii locum ita vertit: Hæc Tertullianum, vir & legum & institutionum Romanarum peritissimus, & inter nostros Scriptores admodum clarus.

ἄλφρη. Hujus Dei nomen in codice Maz. & Fuk. circumflexam habet ultimam syllabam. Codex autem Medicæ duplicem habet accentum. Quod quidem in illo codice non semel factum esse observavi: exempli gratia in voce σοδῶμων. Hoc enim nomen duplici accentu semper notare solet codex Medicæ; acuto scilicet in antepenultima syllaba; in penultima autem circumflexo.

ἄγγλθίντ. αὐτῷ ἐκ παλαιστίνης τῷ δόγματι. Quisquis hunc Tertulliani locum Græce vertit (neque enim ab Eusebio conversum existimo) mentem illius non satis assecutus videtur. Verba Tertulliani apud Rufinum sic leguntur: Adnuntiata sibi ex Syria Palestina qua illic veritatem istius divinitatis revelaverunt, detulit ad Senatam. Quam lectionem amplexus est Nicolaus Rigaltius in editione operum Tertulliani: merito certe. Nam altera quæ in vulgatis legitur scriptura, ferri non potest. Sic igitur vertendus erat hic locus: ἀγγλθίντῶν αὐτῷ τῶν θαυμασίων ἐκ τῆς αὐραίας τῆς παλαιστίνης, ἀπὸρ ἐκεῖ τὴν ἀλήθειαν τῆς ἐκείνου θεότητος κατὰ δόλον ἐπιποιήκει, &c. Certe vel hic unus locus manifeste indicat, Eusebium hujus Græcæ interpretationis auctorem non fuisse, quod tamen Scaliger alique sibi persuaserunt. Nam si Eusebius ipse hunc Tertulliani locum Græce vertisset, non omisurus utique fuisset id quod ad institutum ipsius maxime faciebat; mentionem scilicet miraculorum Christi, quæ Pilatus ad Tiberium retulerat. Id

enim ipse superius dixit initio hujus capituli τὰ ἄλλα τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως τῶ σωτῆρος & ἡμῶν Ἰησοῦ χριστοῦ πλάττειν & τὴν ἐκ βασιλείας καὶ ἐκ τῆς &c. Atqui in Tertulliani loco, prout is Græce conversus hic refertur, nulla fit mentio admirabilium Christi operum, sed tantum dogmatis Christiani. Certum est igitur, Eusebium hujus versionis auctorem non fuisse. Porro quod Tertullianus dicit annuntiatum Tiberio ex Syria Palæstina, id Eusebius de relatione ad ipsum missa intellexit. Et tamen latina vox hunc sensum vix admittit. Annuntiarum enim proprie dicuntur, quæ fama & rumoribus innotescunt.

ἰδὲν ἄν ἐκείνοις ὡς τῷ δόγματι ἀρτοκτεταί. Recte expressit sensum verborum Tertulliani, cum prærogativa suffragii sui: nisi quoddam de dogmate perperam adjecit, neque enim Tertullianus loquitur de dogmate Christianorum, sed de divinitate Christi. Igitur cum prærogativa suffragii sui, idem valet ac cum suffragatione sua; quæ maximam habebat auctoritatem.

In Caput III.

αὐτῶν ταῖς θεαῖς ἐπομένως γραφαῖς. Nicephorus qui totum hunc Eusebii locum ad verbum descripsit, habet αὐτῶν δὲ ταῖς θεαῖς ἐπομένως γραφαῖς. Quæ particula non mediocrem addit elegantiam. Paulo post scribendum est ἰναγγελιστῶν τε αὐτῶν καὶ δασσῶλων, ex eodem Nicephoro, cui suffragantur libri nostri Maz. Med. ac Fuket.

εἰρμῶν τε χαλεπωτάτων. Ita legitur etiam apud Nicephorum, qui Eusebium nostrum exscripsit ut solet. In omnibus tamen nostris codicibus Regio scilicet Maz. Med. ac Fuk. scriptum inveni εἰρμῶν, quæ lectio sine dubio præferenda est.

κατὰ πλεῖστων παλαιστίνων καισάρειαν. Nostri codices Maz. Med. ac Fuk. scriptum exhibent κατὰ πλεῖστα παλαιστίνων καισάρειαν, rectius meo quidem iudicio. Dicebatur enim ἡ παλαιστίνων καισάρεια, ut alibi occurrit apud Eusebium nostrum, ad discrimen Cæsareæ Philippi quæ in Phœnicæ sita erat. Leve quidem id nonnullis fortasse videbitur. Sed nos in hac nostra editione, nihil eorum quæ in manuscriptis codicibus occurrunt præterire constituimus, quod lectori diligentiam nostram approbemus.

ἀπ' ἰουδαλῆς ἐχοίμεν γῆς. Ita quidem legitur in codice Regio, quem secutus est Stephanus. Sed reliqui codices Maz. scilicet ac Med. cum Fuk. & Saviil. scriptum habent χοίμεν πηγῆς. Nec aliter in exemplari suo legerat Rufinus, ut ex ejus interpretatione colligimus. Sic enim vertit: sibi primum discipulis veluti perenni fonte sumpto vocabulo appellati sunt Christiani. Ubi tamen lubentius legerim veluti perenni fonte sumpto vocabulo. Nam in Græco est ὡσπερ ἀπὸ ἰουδαλῆς καὶ χοίμεν πηγῆς. Mutarunt autem hanc scripturam, ii qui sibi persuaserant ἰουδαλῆς & χοίμεν dici non posse de fonte. Ceterum Christianorum vocabulum principatu Tiberii primum orbi innotuisse, testatur etiam Tertullianus in Apologetico, cujus locum in superiori capite adduxit Eusebius.

πᾶσι δὲ ἡ βασιλεύς. Nullo modo in Tiberii tempora cadere potest hæc Pauli Hierosolymitana profectio. Nam Lucas in Actibus discrete scribit, eam

contigisse quo tempore Herodes Agrippa inſlicta a
 calitus plaga interiit. Quod quidem temporibus
 Claudii accidisse inter omnes constat. Prudenter
 itaque fecit Nicephorus, qui cum totum hoc Eu-
 sebio caput ad verbum describeret, postremam
 hanc partem de industria pratermisit, ne in eun-
 dem cum Eusebio errorem incideret. Eusebium
 vero nostrum in eam opinionem induxit Pauli lo-
 cus ad Galatas, ubi de suis ad urbem Hierosoly-
 mam professionibus loquitur. Quem locum ut
 clarius intelligere possimus, de universis Pauli pro-
 fectionibus in sacram urbem post ejus ad Christum
 conversionem, diligentius inquirendum est. Luc-
 as quidem quater omnino cum Hierosolyma pro-
 fectionem esse scribit. Primum paulo post ejus bap-
 tismum cap. 9. Actuum. Iterum deinde profes-
 sionem est Paulus Hierosolyma ad deferendas fratrum
 eleemolynas, ut refertur in cap. 11. & 12. Postea
 descendit Paulus Hierosolyma ob controversiam de
 circumfione & Judaicis ritibus, ut habetur in ca-
 pite 15. Postremo venit Hierosolyma sub finem
 principatus Claudii, ibique diutissime victus per-
 mansit. Ipse vero Paulus in Epistola ad Galatas, bis
 post suam ad Christum conversionem venisse se di-
 cit Hierosolyma; & utramque professionem his
 temporum intervallis distinguit. *Cum autem, in-
 quit, placuit ei qui me segregavit, & vocavi per gra-
 tiam suam, ut revelaret solum suum in me, continuo
 non acquievi carni & sanguini. Neque veni Hieroso-
 lyma ad antecessores meos Apostolos: sed abi in Ara-
 biam, & iterum reversus sum Damascum. Deinde post
 annos tres veni Hierosolyma videre Petrum, & man-
 si apud eum diebus quindecim, &c.* De secunda au-
 tem professione sua ita loquitur. *Deinde post an-
 nos quatuordecim iterum ascendi Hierosolymam cum
 Barnaba, assumpto & Tito, Ascendi autem secun-
 dum revelationem: & conuli cum illis Evangelium,
 quod prae dico in gentibus, &c.* Quis non videt hanc
 inter se prorsus discrepare, cum Paulus quidem
 neget se venisse Hierosolyma statim post bap-
 tismum: Lucas vero post baptismum à Paulo susce-
 ptum, & aliquot praedicationes Damasci habitas,
 illum Damasco clam aufugisse, & rectà Hierosoly-
 ma venisse testetur. Hanc Lucæ & Pauli dissonan-
 tiam fateri compulsus est Hieronymus in expoſi-
 tione Epistolæ ad Galatas. Quam ut conciliarent
 quidam veterum, teste Hieronymo ita censuerunt,
 Paulum professionem illius suæ Hierosolyma sta-
 tim post baptismum quæ memoratur à Luca in di-
 cto capite 9. nullam habuisse rationem, eo quod
 fuga potius quam profectio fuisset. Verum hæc so-
 lutio levis est admodum. Etenim Lucas scribit
 Paulum tunc à Barnaba fuisse deductum ad Apo-
 stolos, & fatis diu mansisse Hierosolymis, & ad-
 versus Græcos disputasse. Alii inter quos est Beda
 & Baronius, primam illam professionem cujus
 meminit Paulus, asserunt eam ipsam esse quæ re-
 fertur à Luca in cap. 9. Actuum: sed Lucam itineris
 Arabici ideo pratermisisse mentionem, quod nil-
 hil memoria dignum illic à Paulo gestum fuisset.
 Quorum sententiæ libenter equidem accedo. Nam
 de adventu illo Pauli Hierosolyma planissime ibi
 loquitur Lucas; quippe qui collocutum eum cum
 Apostolis tunc esse dicit, & multa alia singillatim
 refert, additque: *Et erat cum illis intrans & exiens in*

A Hierosalem. Nunc de secunda illa professione
 quam Paulus post 14. annos instituisse se dicit, in-
 quirendum est. Theodoretus, & ante illum quidam
 veteres referente Hieronymo, hanc ipsam esse
 stimarunt, cujus mentio fit in Actibus cap. 15. quæ
 do Paulus una cum Barnaba ob exortam de circum-
 fione controversiam profectus est Hierosolyms.
 Hanc sententiam secutus est Baronius. Et Pauli
 verba id omnino suadere videntur. Subjicit enim
 Paulus, se Evangelium quod gentibus prædica-
 bat detulisse ad Apostolos, etique dijudicandum ob-
 tulisse. Hoc enim sibi voluit ea verba *αὐτοῖς τὸ εὐαγγέλιον.*
 tum subjungit de falsis frat-
 ribus, qui veritatem Evangelii opprimeret ecclesiæ,
 & Christianos in fervitorem legis redigere. Quæ
 quidem omnia pertinent sine dubio ad controver-
 siam illam de circumfione. Verum quid opus est
 pluribus, cum ea res certissimo argumento in-
 demonstrari possit. Profectio illa quam post 14.
 annos se instituisse ait Paulus, non potest esse ea
 quam secundo loco numerat Lucas. Nec ratio
 eadem est cum illa quam quarto loco recenset
 idem Lucas. Eadem est igitur cum illa quam ter-
 tiam Lucas commemorat. Quod non potest esse
 illa quæ secundo loco numeratur à Luca, hinc ap-
 pareat. Paulus tunc ad deferendas fratrum eleemo-
 synas tantum missus est; nec cum Apostolis collo-
 cutus est, quippe cum Ecclesiam Judæorum
 tunc maxime persequeretur Herodes, & Petrus
 in vinculis esset. Quamobrem Paulus in Epistola
 ad Galatas, hujus professionis suæ mentionem
 merito pratermisit, utpote quæ nihil ad insti-
 tum suum faceret. nec vox illa *in sursum ascendit*
 secundam professionem necessario designat, sed
 etiam de tertia dici potest. Quod vero non potest
 esse illa quam quarto loco recenset Lucas, in-
 videtur sensisse Chrysostomus; ex eo convincitur,
 quod Paulus scribit se ascendisse cum Barnaba.
 At in quarta professione Paulus non fuit cum Bar-
 naba. Jampridem enim ab eo sese abrupterat: ve-
 rum ut ad Eusebium nostrum redeamus, videtur à
 secundam Pauli Hierosolymitanam professionem
 confundisse cum prima, & ex duabus unam fecisse.

In Caput IV.

τῆς ἰουδαίων ἀρχῆς ἀγρίππας τὸ διαδύμα. Filium
 Agrippam regem Judææ à Cajo factum esse. Agrip-
 pa enim à Cajo Cesare sub initio imperii tunc
 est Rex, primum quidem Trachonitidis quæ tetrar-
 chia Philippi fuerat, ut scribit Philo in Flacrum
 Josephus lib. 18. Mox vero cum Herodes Tetrar-
 cha Galilææ, Herodiadis uxoris impulsu Romanis
 navigasset, ut regiam dignitatem à Cajo im-
 petraret: Cæsar ademptam Herodi tetrarchiam, Co-
 silæam scilicet donavit Agrippæ, quemadmodum
 tradit Josephus in libro supradicto, & Philo in
 legatione ad Cæsam sub finem. Tandem vero post
 necem Caji, Claudius regnum Agrippæ à Cajo
 datum confirmavit, adjectis Judæa ac Samaria quæ
 Herodes avus obtinuerat. Atque ita totum Hæro-
 dis magni regnum ad Agrippam pervenit. Quo-
 mox Hierosolyms suo arbitratu Pontificem cre-
 re cepit, quippe qui tum Judææ Rex esset, cujus
 caput erat urbs Hierosolyms. Recte ergo Scapula
 in Animadversionibus reprehendit Eusebium.

quod Agrippam Regem Judææ a Cajo factum esse dixerit. Sed fallitur ipse quoque Scaliger, cum scribit Agrippam Romam venisse, ut Herodem patrum accularet. Neque enim Agrippa Romam profectus est, sed Fortunatum libertum cum literis ad Cajum misit, ut tradit Josephus. Porro jamdudum ante Scaligerum Scholiastes quidam in margine codicis Mazarini hunc Eusebii errorem notaverat. Nam ad illa verba τῆς ἰουδαίων ἀρχῆς τὸ ἀναδύμα, hoc scholion adscriptum est, non quidem eadem manu, sed nihilominus vetustâ. ἔχ' ἔτι αὐτὸ ἐλάλησεν. Excusari tamen commode potest Eusebius. Non enim dixit Agrippam Judææ Regem a Cajo factum fuisse, sed Judæorum: eorum scilicet qui in Trachonitide & in Lyfania tetrarchia degebant. Sane Philo in oratione adversus Flaccum, Agrippam hunc qui tum adhuc solius Trachonitidis Rex erat, nihilominus vocat regem Judæorum. Loquens enim de Alexandrinis, sic ait: ἔρχονται ἐπὶ τῷ γαλιθαίᾳ τινὰ βασιλίαν ἰουδαίων. οὐδ' ἔτι γαλιθαίᾳ ἡρωδιάδῃ. Male hunc locum accepit Christophorus, quasi dicat Eusebius Herodem hunc unâ cum uxore sua Herodiade interfuisse passioni Christi. Atqui non hoc dicit Eusebius, sed Herodiadem simul cum viro relegatam bonisque multatam fuisse. Libenter autem deletem hic vocem κατακρίνας, ut totus locus sic legeretur. τὴν ἡρώδιαν τετραρχίαν ἀπέδιδον, αἰδίου οὐκ ἔτι τὸν ἡρώδη (ἔτι δ' ἡρώδιαν τὴν ἀδελφὴν τῆς σωτῆρος) οὐκ ἔτι γαλιθαίᾳ ἡρωιάδῃ πλείων ἢ ἐκατομύσας αἰτίων. Quâ scripturam confirmat Nicephorus. Atq; ita in optimo codice Mazarino scriptum nuper deprehendi: cujus autoritate conjecturam nostram confirmari magnopere sum gavifus.

In Caput V.

Πέντε βιβλία ἐστὶν ἡρωδιάδῃ. Hodie duo duntaxat Philonis libri hujus argumenti supersunt; alter in Flaccum inscriptus, alter de legatione ad Cajum, adeo ut necesse sit aut Eusebium falli memoria, aut eos libros aliter olim divisos fuisse, in quinque volumina. Nec est quodd quis suspicetur, reliquos hujus argumenti libros hodie desiderari. Nam in his duobus qui nunc supersunt, quæcumque Judæis regnante Cajo contigerunt, scripta habentur. In fine quidem legationis ad Cajum aperte indicat Philo, alium hujus argumenti librum subsequi debere. Sic enim dicit: εἰρηται μὲν καὶ φιλαιωδέστρον ἢ ἀτρία τῆς ἀπὸ πάντων τῶν ἰουδαίων ἐδν ἀπερχόμενος γαίῃ. λυτίον δ' ἐστὶ τὸ παλινοδία ἀπὸ γαίῃ. **D** *Diēla sunt summam causam quæ ad Cajum Judæorum gentem proferebatur. Nunc dicenda est etiam palinodia in Cajum.* Verum hæc palinodia nihil est aliud quam liber Philonis in Flaccum. Qui liber proxime sequi debet legationem ad Cajum, ut docet Photius in Bibliotheca.

ἔτι δ' ἐκατέρως εἰσέως. Ac Philo non tres sed quinque legatos ab Alexandrinis Judæis Romam missos fuisse testatur. Sic enim scribit in legatione ad Cajum sub finem. ἐν ἡμῶν δὲ πέντε προσευταῖς ἐκλήθη τὰ τῶν πανταχῆ πάντων ἰουδαίων ἢ χαλεπόν; id est, *Annon grave ac molestum erat, quod universæ gentis Judæicæ fortuna in nobis quinque legatis posita esset?* Missi autem fuerant legati duas ob causas. Primum enim querebantur profuechas suas ab

A Alexandrinis esse violatas, illatis in eas Imperatoris statuis. Deinde acturi venerant de jure Alexandrinæ civitatis, quod Alexandrini Judæis adimere volebant. ut scribit Philo pag. 1019. & 1020.

ἀλεξανδρῆς τὸ ἀλαβάρχη. Judæi Alexandriæ jus civitatis habebant, & Senatam qui γερουσία dicebatur, & peculiare Magistratus, ut testatur Philo in Flaccum. Summus autem inter eos Magistratus dicebatur ἀλαβάρχη; & qui eum gerebat ἀλαβάρχη. Erat hic Magistratus perpetuus, & ut Græci vocant *ὁ βίβι*. In rescripto Claudii quod refert Josephus in lib. 19. cap. 4. ἐδνάρχη dicitur. Quo in loco ait Claudius, permillum fuisse Judæis Alexandrinis ab Augusto, ut in locum Ethnarchæ defuncti alium suffragiis suis constituerent. Eundem Magistratum *ἡμάρχη* vocat Philo in Flaccum pag. 975. τῆς γὰρ ἡμετέρας γερουσίας, ἡ δὲ σέβαστος ἐπιμηλομένη τῶν ἰουδαίων εἰλητο μὲν ἀπὸ τῶν ἡμάρχη τελευτῶν δὲ τῶν ἀπὸ μὲν γονὸν μὲν ἐντολῶν. Id est, *Nam ex senatu nostro, quem Augustus constituit, ut post mortem rectoris gentis nostræ, curam gereret rerum Judæicarum, ut scriptum est in mandatis quæ ad Magnum Maximum dedit.* Ex his apparet, Alabarcham nihil aliud fuisse quam ἐδνάρχη seu ἡμάρχη Juudæorum qui Alexandriæ & per totam Ægyptum degebant. Ac mihi quidem videtur, Alabarchæ nomen per risum & contumeliam confictum fuisse.

ἡρῶδῃ μὲν αὐτοῖς. **D** *Dein αὐτοῖς. Nostri codices Maz. ac Med. cum Fuk. ac Saviliano scriptum habent αὐτῶν quod non placet.*

γαίῃ μὲν αὐτοῖς. Apud Josephum & Nicephorum legitur γαίῃ λόγῳ, ἔσ. Quod majorem habet elegantiam. Sequitur enim ἡρῶδῃ δὲ τὸν θεὸν ἀντιπαρεξάγοντ. Quæ clausula fatis obscura est. Itaque Rufinus circumlocutione quadam, ut solet, hujus sententiæ versionem elusit. Nicephorus etiam cum hanc locutionem non intelligeret, emendavit τὸν θεὸν ἀντιπαρεξάγοντ. Sed nihil necesse erat. Ait enim Philo, Cajum specie quidem ac verbis tenus Judæis infensum esse: re autem ipsâ Deum adversus semetipsum instruere & amare. Quippe Cajus cum Deum se dici vellet, divini numinis vindictam adversus se provocabat. ἀντιπαρεξάγοντ vox est Ταῖτα.

τὸν τότε ἀπὸ βασιλῆος πολλα δυνάμειον. Rectius in codicibus nostris Maz. & Fuk. scriptum est τῶν τότε ἀπὸ βασιλῆος τὰ μέγιστα δυνάμειον. Codex quoque Med. & Savil. scriptum habent τὰ μέγιστα.

In Caput VI.

πολλὰ μὲν εἰς πολλαὸς ἢ ἀλλὰ ἐκείνησιν μυσία. Postrema vox abest a codice Maz. Med. ac Fuk. ac meo quidem iudicio profus superflua est. Habetur tamen in codice Regio & apud Nicephorum.

τοσαύτη μὲν οὐδ' ἡ τῆς γαίῃ. Locus hic Philonis exstat in legatione ad Cajum sub finem.

τὰς μὲν ἐν ἀλλὰ ἐκείνησιν προσευχάς. Christophorus synagogas vertit. Sed cum Latini profuechas etiam dixerint, ut est apud Juvenalem; malui sic interpretari. Nec sane mihi liquidò constat, an idem sint profuechæ & synagogæ. Nam profuechæ quidem erant modica oratoria, in quibus Judæi, præcipue Sabbatis convenire, & patrio more philosophari consueverant. Philo in legatione

ἡπίστω οὐκ ἔχοντες ἕνα τῶν ἐκείνων εἰς αὐτὰς. ἡ μάστιγα ταῖς ἱερῆς ἱερέων, ὅτι δημοσίᾳ πλὴν πείθειν παιδεύονται φιλοσοφίᾳ, id est: Sciebat enim illos profuechus habere, & in eas convenire solitos, præcipue Sabbatis, quo die patrias leges ac philosophiam publice condiscunt. Quo in loco non otiosa est vox illa δημοσίᾳ. Judæi enim palam admissis omnibus etiam externæ religionis viris, libros legis Moisaicæ interpretabantur, ut docet Tertullianus in Apologetico cap. 18. Sed & Judæi palam lætitant. Vætigalis libertas vulgo aditur Sabbatis omnibus. Idem Philo lib. 3. de vita Moïsis scribit Judæos præcipue Sabbatho frequentasse profuechas. Hinc intelligendus est locus B. Lucæ in cap. 16. Actum Apostolorum τῆ τῆ ἡμερῶν σαββάτων ἐξῆλθον ἐξω τῆς πόλεως παρά ποταμὸν, ὃ ἵνα μὴ λέγοιτο προσευχῆ εἶναι. Die autē Sabbathorum egressi sumus extra civitatem juxta fluvium, in locum ubi videbatur esse profuecha. De Profuecha enim Judaica hunc locum intelligendum esse, multa argumenta convincunt. Nam ante Pauli adventum in urbem Philippos, nulli adhuc illis in locis erant Christiani. Quare de Christianorum oratione locus ille intelligi non potest. Præterea mulieres illæ quæ eò loci convenisse dicuntur, sine dubio Judææ erant, ut apparet tum ex eo quod supra dixi, tum quod Lydia illa purpuraria quæ una ex illarum numero fuit, Deum coluisse dicitur, cum tamen nondum esset Christiana. Postremo undenam domini illius dæmoniacæ cognoscere poterant, Paulum atque Silam Judæos esse, nisi ex eo quod illos in profuecham Judaicam venientes sæpius viderant. Et hæc quidem de profuecharum significatione. Synagoga verò vocabulum latius patet. Et interdum quidem pro universa Judæorum Ecclesia ponitur: interdum pro tota Ecclesia unius loci. Denique non nisi majores & illustriores profuechæ dicebantur Synagoga. Unde beatus Lucas Synagoga quidem Judæorum ait fuisse Thesalonica: Philippis autem tantum profuecham, propterea quod pauculi ibi essent Judæi. De majoribus & illustrioribus profuechis locus est apud Philonem in legatione ad Cajum. Non negaverim tamen profuechas posse etiam dici Synagogas. Hoc enim testatur idem Philo in libro quod omnis probus sit liber. Ubi de Essenis ita loquitur: τῶν τῶν τόπων ἀναστρέφονται ἰσχυρῶς τὸν ἄλλον ζῆλον, ἐν δὲ ταῖς ἱερέσις μάστιγα διαφρονταί, εἰς ἱερῆς ἀφηνέμνοι τόποις ὃ καλεῖται συναγωγαί, καὶ ἡλικίας ἐντάξειον. ὃ δὲ ὁ μὲν πρῶτος, ὃ τὰς βίβλους ἀναγιγνώσκει λαβὼν, &c. Et hæc quidem leges assidue condiscunt; præcipue tamen Sabbatis: quo die in sacra quadam loca conveniunt qua Synagoga appellantur, per atates ordine distribuit. Deinde senior libros accipiens legit, &c. Porro locum illum B. Lucæ quem paulo ante laudavi, longe ante nos Epiphanius in hæresi Mafsalianorum interpretatus est de profuecha Judaica. Quo loco illud quoque observat, profuechas tam Judæorum quàm Samaritanorum, fuisse loca pura sub divo, instar fori aut theatri, plerumque extra urbes. Quibus consentit Apion in lib. 3. Egyptiacorum. Ubi ait Mosem utpote Heliopolitanum, subdivales profuechas construxisse, instar templorum quæ erant Heliopoli, easque omnes ad ventum subfolanum obvertisse, prout erat sita Heliopoli. Apionis verba refert Josephus initio li-

bri secundi adversus Apionem. Idem in libro de vita sua pag. 1020. meminit profueche Thesalonicae ædis maximæ, in quam conveniebant die Sabbathi, & ubi conciones ad populum fiebant de re publica.

ὃς λοιπὸς λέγει ἄλλοι. Sic legitur etiam apud Philonem. Sed in Mediceo codice & Fule. & Smith. λοιπὸν scriptum inveni. In vetustissimo notem codice Mazarino λοιπὸς legitur, & in super scriptum est eadem manu.

ὃς δὲ ἐπιφανὸς, ἢ ἢ γαίη. Non intellexerunt interpretes vim Græci vocabuli. Neque enim ἐπιφανὸς nobilissimum hic significat, ut veritè Rufinus, neque illustrem ut reliqui omnes interpretes Latini. Præterem potius veterere debuerant. Sic enim Latini vocant, quoties de Diis loquuntur. Quia in libro 2. Trifitium. Per te præsentem confiteor que Deum. Livius lib. 29. pag. 529. quæ non appropria religio causa, sed præsentis Dei numen sepe comperia. Et paulo post. At Hercules in sacris ipsi nullum Dea numen apparuit, immo ibi præsentis maxime fuit. Recte ergo in veteribus glossis scribitur: Πρæsentὸς ἐπιφανὸς. Hinc Anonimus ille Rex Syriæ, appellatus est ἐπιφανὸς ab ællectionibus Græcis, id est præsentis & conspicuus Deo. Præsentias item Deorum vocant Latini, quos Græci ἐπιφανείας, quoties dii aut seiplos homines videndos exhibuerant, aut præsentiam hanc aliquo illustri miraculo declaraverant, ut docet Casaubonus ad librum 12. Athenæi. Occurrit vox apud Plutarchum in vita Marcelli, & apud Athenæum lib. 15. ubi de Admetæ Sacra dicitur. Nonis Argivæ θεοσαμῆλον δὲ πλὴν τῆς ἡρας τῆς ἡρας. Et apud Proclum in Hesiodum pagin. 155. De diis Deorum præsentis libros olim scripserant Hesiclidæ & Ister teste Plutarcho in libro de Musica.

ἢ ἢ γαίη. Novum Deum vetererunt interpretes post Rufinum, quod non probo. Nam si Jovis dici volebat Cajus, non erat profuecha tantus Deus. Adde quod non dixit Philo ἢ ἢ γαίη. Quod si ita scriptum esset, libenter vetererem novum Jovem. Sic Ptolemæus Ægypti Rex ἢ ἢ γαίη cognominatus est, id est Junior Bacchus. Nunc diis gentium alii seniores, juniores alii dicebantur. οἱ μὲν γὰρ παλαιότεροι οἱ δὲ νεώτεροι λέγονται τῶν θεῶν, ut scribit Menander Rhetor. pag. 612. editio Aldina, seu potius Alexander. Nam ex duobus opusculis, Menandri scilicet & Alexandri, unum abber perperam conflatus est in editione Aldina, ut alibi ostensuri sumus. Igitur ἢ ἢ γαίη vetererem est Junioris Caji. Ita dictus est Caligula ad dicitur Julii Cæsaris, qui & ipse Cajus dictus fuerat pro Deo habitus.

ὃς δὲ ἐπιφανὸς συζητήματα ἢ ἢ γαίη. In quo superiori capite observavimus, librum Philonis in Flaccum collocandum esse post librum de legatione ad Cajum, non autem præponendum, ut utrogo fit in editis & in manuscriptis exemplaribus. Idque duobus argumentis demonstravimus, quæ hic repetere superfluum fuerit. Nunc verò hinc Eusebii locum quem præ manibus habemus, & vetererem nostram aperte confirmat. Postquam enim Eusebius mala quibus Judæi à Cajo vexati fuerant, ex Philonis libro de legatione ad Cajum suscipit.

tim commemoravit: addit, multas quoque alias gravissimas calamitates Judæis Alexandrinis esse illatas eiusdem Caji principatu, quas refert Philo in secundo libro de virtutibus. Hic secundus liber non potest esse alius quam liber in Flaccum. Non enim dicitur potest, eum ipsum esse librum qui de legatione ad Cajum inscribitur; cum legationem ad Cajum afferre distinguat Eusebius ab hoc secundo de virtutibus libro. Restat ergo ut secundus hic liber, sit ille ipse qui in Flaccum inscribitur. Adde quod non in alio quam in illo adversus Flaccum libro, gravissimas illas calamitates Judæis Alexandrinis illatas recitat Philo, Ex quo necessario conficitur, secundum illum de virtutibus Philonis librum, non alium esse quam librum in Flaccum. Qui quidem liber inscriptus fuerat à Philone περι ἀρετῶν, perinde ac prior ille qui legationem ad Cajum continet. Docuit id nos hic Eusebii lacus; cui jungendus est alter ex capite 18. hujus libri, Ubi testatur Eusebius, plures libros de sceleribus Caji à Philone conscriptos esse, quos ille figurate de virtutibus inscripsit. Quare hoc loco malim legere ἐν διευτῆρι συγγραμμάτι περι ἀρετῶν.

περι ἀρετῶν. Hoc loco periphrasē hallucinatur Eusebius, qui putavit ea quæ Josephus refert de imaginibus Tiberii à Pilato importatis in urbem Hierosolyma, post Christi mortem contigisse. Atqui Josephus ipse testatur, id accidisse initio administrationis Pilati. Sic enim scribit in libro 2. de bello Judaico. περιφθεῖ δὲ εἰς ἰουδαίαν τὸ ἱερὸν τοῦ πλάτου, &c. Idem quoque apertius testatur in libro 18. Antiquitatum. Missus est autem in Judæam Pilatus anno Tiberii duodecimo, id est triennio ante baptismum Christi. Absurdum igitur est dicere, ea quæ Judæis acciderunt diu ante passionem Christi, non ob aliam causam quam ob scelus illud in Christum admittum, ipsi contigisse. Est & aliud quiddam, quod in Eusebio fortasse quis possit reprehendere. Existimavit enim Eusebius, unum idemque Pilati facinus tum à Philone, tum à Josepho commemorari: cum tamen si quis diligentius intenderit, duæ illæ ac diversæ res esse videantur. Josephus enim loquitur de signis seu de imaginibus Imperatoris. Philo verò de clipeis auratis, qui nullam imaginem haberent, sed nomen duntaxat Tiberii Cæsaris ubi dedicabantur, cum nomine Pilati qui eos dedicabat. Præterea id quod narrat Josephus, accidit anno primo administrationis Pilati, tunc cum Pilatus urbem Hierosolymitanam primùm ingressus est. Illud autem quod refert Philo, seu potius Rex Agrippa ad Philonem, tunc contigit cum Pilatus jam plures annos administrationis suæ compleisset, ut ibidem testatur Philo.

περισσότεροι ἀμα. Rectius apud Josephum & Nicephorum legitur περισσώτεροι τὸ βῆμα. In nostris tamen codicibus Maz. scilicet Med. & Fuk. scriptum est περισσώτεροι τὸ βῆμα, haud dubie pro τὸ βῆμα. ἐπιλοῦσιν. Postrema vox deest in codice Regio & apud Josephum: ac meo quidem iudicio expungenda est tanquam superflua. Mox in tribus nostris codicibus Maz. Med. ac Fuk. scriptum invenit ἰδιωτικαῖς, atque ita legitur apud Josephum ac Nicephorum, mendose pro ἰδιῶσι, καὶ ἐπὶ ἀλλοῖσι μνησθῆναι. In codice Regio scri-

ptum invenit καὶ ἐπὶ ἀλλοῖσι μνησθῆναι. Quæ scriptura nonnullis fortasse placitura est. Eam tamen vocem alibi legere non memini: nec scio utrum Græce dici possit ἀλλοῖσι μνησθῆναι pro ἀλλοῖσι ἐπὶ ἀλλοῖσι. Nicephorus verò pro illis Eusebianis quæ initio posuimus, maluit dicere ἐπὶ ἀλλοῖσι μνησθῆναι. Quod scholii instar esse potest ad explicationem verborum Eusebii.

In Caput VII.

ἀντὶ ἀνάγκης. Id est præ desperatione. Potest etiam alius esse sensus horum verborum; ut scilicet Pilatus jussu principis sibi mortem consciverit. Sic enim scribere tunc solebant Principes Romani, ut de Macrone tradit Josephus. Sed prior explicatio præferenda est, quippe quæ præcedentibus Eusebii verbis magis congruit. Et præterea confirmatur ex Chronico. Sic enim ibi scribit: Anno tertio Caji Caligula Pontius Pilatus in multis incidens calamitatibus, propria se manu interfecit. Scribunt Romanorum historia. Porro Pilati hujus mores egregie describit Agrippa Rex apud Philonem in legatione ad Cajum: ὡς ἴδ' ἰδὲ πῶς ἄνακτος ἐστὶ τῷ αὐθιγῶν ἀμειλίχῳ. Et pauld post: καταδέσαντα μὲν καὶ τῆς ἀλλοῖσι αὐτῷ ἐπιτροπῆς ἐξελήλυθει τὰς διαβολὰς, τὰς ὕβρεις, τὰς ἀρπαγὰς, τὰς αἰκίας, τὰς ἐπηρεάς, τοὺς ἀκρίτους καὶ ἐπαλλήλους φόνους, πῶς ἀνελευτὸν καὶ ἀργαλιωτάτῳ ἡμῶν τῷ διεξελθόντι. Ex quibus cognosci potest, quanta fuerit immanitas atque atrocitas Pilati. Est hoc certe illustre testimonium Agrippæ, qui flagitia ipsius Pilati oculis suis spectaverat. Talem profecto decuit esse Judicem illum, à quo damnatus est Christus. Innuit autem ibidem Rex Agrippa, Pilatum jam tum mortuum fuisse, cum ipse epistolam illam pro Judæis ad Cajum scriberet. Verba enim illa ὡς ἴδ' ἰδὲ πῶς ἄνακτος, &c. non nisi de mortuo jam Pilato dici posse mihi videntur.

In Caput VIII.

τῷ ἀρχαῖο καταχρόνια. In tribus nostris codicibus scriptum invenit διακαταχρόνια.

In Caput IX.

Ὁ εἰσαγωγὸν αὐτῶν. Militem seu apparitorē intelligit, qui Iacobum Apostolum coram Herode Agrippa in iudicium induxerat. Solebant enim rei à militibus deduci & sisti coram tribunali. Potest etiam intelligi accusator, à quo delatus fuerat Iacobus & in iudicium adductus. Vox enim græca ὁ εἰσαγωγὸν, tam de apparitore, quam de accusatore accipi potest. Sic Lucas in Actuum cap. 16. de accusatoribus Pauli ac Silæ scribit: ἐπιλαβόμενοι τὸν Παῦλον καὶ τὸν Σίλαν, εἰληύσαν εἰς πῶς ἀγορῆν ἐπὶ τοῖς ἀρχόνταις καὶ προσελάθοντες αὐτοὺς τοῖς στρατηγοῖς εἶπον. Malim tamen Eusebii verba de accusatore Iacobi intelligere. Nam quod sequitur, hominem illum qui Iacobum in iudicium adduxerat, mox à Iacobo veniam petivisse, id magis convenit accusatori quam militi. Quippe accusator qui innocentem calumniatur, sciens ac volens peccat: atque idcirco veniam petere potest ab eo quem affecit injuria. Miles verò qui iudici exhibet noxium, cum imperio iudicis obsequatur, omni culpa videtur vacare.

ὁ μολὸν ποτὶ εἶναι καὶ αὐτὸς αὐτὴν χειριστὴν. Longè elegantior est lectio codicis Fukeriani, qui ita scribit d iij

Pag. 46.

Pag. 47.

prum exhibet hunc locum. ὁ μολύβρινος εἶναι καὶ αὐτὸς χριστιανός. Reliqui tamen codices nihil mutant. Totus porro hic locus in codice Mazarino ita distinguitur ὁ εἰσαγωγὴν αὐτὸν εἰς δικαστήριον μαρτυροῦσαντα ἰδὼν αὐτὸν κινήσεις ἀμολύβρινος &c. Eandem distinctionem reperi in codice Med. ac Fuketiano. Sed in Fuketiano legitur μαρτυροῦντα.

In Caput X.

Οὐκέτι ἀναβολῆς εἶχοντο. Pro his Eusebii verbis Nicephorus ista substituit: quæ quoniam scholii instar esse possunt hic apponam. τὰ δὲ τῆς κατὰ τῶν ἀποστόλων ἐγχειρήσεως ἡρώδου οὐκέτι ἐν ἀναβολαῖς ἦσαν τῆ δίκῃ.

κατὰ τῶν ἀποστόλων. Malim scribere κατὰ τῶν κατὰ τῶν ἀποστόλων ἐπιβουλῶν, ut legitur apud Nicephorum.

ὁ μολύβρινος τι πρὸς βήματι. Apud Nicephorum scriptum est πρὸς τὰ δικαστικὰ βήματα. Ubi Nicephorus vocem δικαστικὸν addidit de suo, satis inconsulte. Neque enim juris dicendi causa illic confederat Agrippa, sed ut concionem haberet ad populum, quemadmodum traditur in Actibus Apostolorum. Ubi etiam rectius legitur ἐπὶ τῷ βήματι. Nam illud πρὸς βήματος, parum græcum, ac prorsus latinum est.

ἐπισημασάντων. ἐπὶ τῇ δημογραφίᾳ. Rectius in tribus nostris codicibus Maz. Med. Fuk. omissa præpositione scribitur ἐπισημασάντων τῇ δημογραφίᾳ ἢ ἐπὶ τοῦ φωνῆ καὶ ἐκ ἀνθρώπου, quæ lectio longe est elegantior.

ἰορτῶν τινα ταῦτ' αὐτῶν ὄντων. Turnebus in suo codice ad latus emendat ἐπισημασάντων. Quam emendationem etiam in libro Moræi adscriptam inveni. Sed hæc conjectura nullomodo placet. Neque enim Agrippa ludos illos primus instituerat: sed ab Herode eius avo jam dudum instituti fuerant. Hic igitur sensus est huius loci quem ex Josepho citat Eusebius. Sciebat Agrippa hanc festivitatem institutam fuisse pro salute Cæsaris ab avo suo Herode, qui primus quinquennale Cæsareorum certamen apud Cæsaream urbem in honorem Augusti instituerat, & Olympiade 192. eos ludos primum ediderat, ut refert Josephus. Ad horum itaque ludorum editionem Agrippa Cæsaream profectus erat anno 4. Imp. Claudii, diebus æstivis quibus Olympias 206. inchoari cœpit.

τῶν κατὰ τὴν ἐπαρχίαν. Syria intelligit, vel eius partem Phœnicen quæ provincia dicebatur ad differentiam Judææ, in qua tunc regnabat Agrippa. Certe B. Lucas diferte testatur, primores tunc adfuisse Tyriorum, quæ urbs caput erat Phœnicis. Porro in nostris codicibus Maz. Med. ac Fuketii scriptum inveni ἐπαρχίον, quæ vox alibi etiam occurrit in his libris. Nec illud omittendum est, in optimo codice Mazarino id nomē scribi cum diphthongo ἐπαρχίον, simplex tamen ἱ. super scriptum est eadem manu. Sed recte scribi eum diphthongo docet derivativa vox ἐπαρχιώτης quæ non semel occurrit in his libris. Neque enim aliunde formari potest ἐπαρχιώτης quam ab ἐπαρχίᾳ.

Fig. 48. ὑπερκαθίζόμενον εἶδεν ἀγγελον. Josephi verba interpolavit Eusebius malo more. Nam cum Josephus bubonem dixisset supra caput Agrippæ adfixisse, Eusebius è Josephi textu bubonis nomen expunxit. Josephi verba sunt: τὸν βοῦβωνά τῆς ἑαυτοῦ κε-

φαλῆς ὑπερκαθίζόμενον εἶδεν ἀγγελον τοῦτον ἰδὼς ἐνόησεν κακῶν εἶναι, τὸν καί ποτε τῶν ἀγγέλων γινόμενον. Id est: Bubonem supra caput suum adfixisse super extento fune vidit. Scitissime hunc calamitatis nuntium esse, qui antea felicitatis nuntium fuisset: sub Tiberio scilicet. Tunc enim iussu vincula duci Agrippæ, cum ad arborem quandam inclinatus staret, bubonem viderat capiti superfixissem. Quod Germanus quidam huiusmodi ægeriorum peritus, magnam felicitatem Agrippæ ostendere prædixit, ut refert Josephus. Vides ergo ut sublato bubonis nomine, sensus omnis huius loci tollitur. Sed fortasse vetebatur Eusebius, ne Josephum & Lucam parum inter se consonare sentires iudicaret, si quem Lucas angelum diceret, Josephus bubonem dicere videretur. Quasi verò non utrumque fieri potuerit, ut & bubo supra caput Agrippæ, & ex alia parte Angelus eidem appareret.

μακαριζόμενος μακαριότητι. Ex Josepho ac Nicephoro pro μακαριότητι restitutum ἡμαρτησάντων. Atque ita scriptum habet codex Fuk. ὡς ἔχοι τὴν τιμὴν. In vulgatis Josephi codicibus deest articulus, quod magis probò. ἔχοντες positum est pro μέλλοι: quam locutionem Galilæa lingua etiamnum retinet. Quod si articulum retinere malueris, ut in omnibus nostris exemplaribus et apud Nicephorum legitur: tunc scribendum est ἔχοντο, aut certe subaudiendum est ἀσχελοῦ. Ictibus nostris codicibus Maz. Med. ac Fuk. scriptum est ὡς ἔχεις, quod magis probò.

ἐπὶ σάκκον καθίσθαισα. Optimè Rufinus in hoc loco vertit: More patrio super cilicia strati, compertenti Deo pro Regis incolumitate supplicabant. Qui tamen Interpretes uno consensu verterunt: ἵστῃς ἰνδυσί. Quod etiam non damno, verbis tamen Josephine quaquam convenit. Scio moris fuisse totum solum apud Judæos, sed etiam apud Assyrios, in publicis supplicationibus sacco induti. Deo invidiam facerent, quemadmodum legitur in historia Ninivitarum, & apud Josephum in libro 20. Antiquitatum cap. 5. Verum & hic moribus supplicantium, ut stratis ciliciis & cinere coemptis infunderent. Sic in capite 3. Jonæ, Rex Ninivitarum περιβάλλετο σάκκον, καὶ ἐκάθισεν ἐπὶ σποδῶν. Equè referre soleo verba Rufini ex libro II. historiae ecclesiasticæ cap. 33. ubi de Theodosio Imp. ita locutus. Ante martyrum & Apostolorum ibi eas iudicibus cilicio prostratus, & auxilia sibi fida sanctorum intercessione poscebat. Quanquam in manuscripto codice Claromontani Collegii legitur siliis prostratus. Eusebius in hæresi 59. Novatianorum cap. 7. ἰσχυρῶς ἐσθλίζοντες τὴν εὐαγγελίαν, ὡς εὐαγγελιστῶν καὶ ἀποστόλων καὶ διδασκάλων. Tertullianus in libro de patientia. Pariter de patientia officio sedent in sacco, & cinere inhorrescunt.

In Caput XI.

κατὰ τὸν δηλοῦμενον χρόνον. Locus Lucae ex libro cap. 5. Actuum Apostolorum, ubi Lucas non dicit Theudam Claudii Imp. temporibus exstitisse, ut hic affirmat Eusebius. Immo ex Luca verbis colligi potest, Theudam illum Augusti Cæsaris participatu turbas in Judæa concitasse. Nam Gamaliel apud Lucam diferte tradit, post tumultum Theudæ

existisse Judam Galilæum, qui in diebus professio- nis censualis seditionem commovisset. Atqui cen- sualis hæc professio contigit post exsilium Arche- lai. Quirinio Syriam administrante, sub extrema Augusti tempora. Falsum proinde esse videtur quod hic affirmat Eusebius, Lucam Theudæ mo- tum in Claudii tempora conjecisse. Eusebium ta- men nostrum recte sensisse, mox demonstrabi- mus.

ἡ ἀρι τοῦτου ἔχθρὸς μεθ' αὐτῶν Ἰωσήπου γραφῆς. Scaliger in lib. 6. de Emendatione temporum, Eu- sebiū graviter reprehendit, qui Theudam illum de quo loquitur Lucas, eundem esse putaverit cum al- tero Theuda cujus meminit Josephus in lib. 20. cap. 2. sub finem. Cū tamen Theudas ille cujus à Luca fit mentio, paulo ante Christi mortem in Ju- dæa res novas concitaverit : adeo ut inter hunc Theudam, & inter illum cujus meminit Josephus, duodecim annorum spatium ut minimum interfit. Nam Josephus Theudæ tumultum post obitum Regis Agrippæ commemorat, quo tempore Cus- pius Fadus Judæam administrabat. Hæc est Scali- geri sententia. At Casaubonus in Exercitatione 2. cap. 8. in eo quidem consensit cum Scaligero, quod Theudam B. Luca à Theuda Josephi distin- guit. Sed in hoc dissentit ab eodem Scaligero, quod Theudam illum cujus meminit Lucas, longe antiquiorem facit quàm Scaliger. Eius enim tum- ultum confert in extrema Herodis Regis tempo- ra, & ante ipsum Natalem Christi. Idem ante illum sensit Origenes in lib. 1. contra Celsum. Et huic opinioni favere videntur verba ipsa B. Lucæ, qui postquam de Theuda locutus est, hæc addit: Post hunc surrexit Judas Galilæus in diebus professio- nis. Sed facillimum est huic objectioni respon- dere: nec longius, verum ex ipso Luca promit- tur responsio. Quippe Lucas seu potius Gamaliel apud Lucam, diserte testatur Theudam tuper ad- modum, & his ipsis quibus hæc loquebatur diebus existisse. Ante hos enim dies exstruxit Theudas, &c. ἄρ' οὐ τὸν τῶν ἡμερῶν ἀνίστην δευδῆ. Quæ verba tam nuper ac novissimè factam demonstrant. Sic enim loqui solent tam Græci quàm Latini de re ad- huc recenti, ut plurimis exemplis probari potest. Ante hos igitur dies, idem valet ac his diebus: ut ante diem tertium Calendarum Latini & Græci di- cunt pro eo quod est die 3. Calendarum. Qua- re cū subijcit Lucas hæc verba: Post hunc existi- tit Judas, his verbis nihil aliud significatur, quàm Theuda vetustiorē fuisse Judam Galilæum. Quæ quidem expositio licet prima fronte durior videatur, tamen profus necessaria est, ac verissi- ma; nec exemplis destituit. Nam quoties ab ultimo, utpote nobis propiore, numerare insti- tuimus, tunc ex ultimo primus, & ex primo ulti- mus fiat necesse est. Quam ob causam retro fuisse dixit Tertullianus in Apologetico, pro olim & an- tea fuisse: & retrofiorē usurpat pro antiquiore. Et tamen retro idem est Latinis quod post. Sed quoniam Casaubonus negat Græcos unquam ita lo- cutos fuisse, producendus est testis omni excep- tione major. Is est Clemens Alexandrinus, qui in lib. 7. Stromatei sub finem, eodem profus modo locutus est quo B. Lucas. Postquam enim obser- vavit hæreticos fere omnes circa tempora Imp.

Hadriani erupisse, & usque ad principatum Anto- nini Pij pervenisse; ut Basilidem & Valentinum, hæc subjungit: Nam Marcion usdem quidem tem- poribus vixit quibus Basilides & Valentinus. Ve- rum tanquam senior cum illis ætate junioribus est versatus. Addit deinde μὲν ἐν σίμων ἰσ' ἕλιον κη- γῶσαντ' ὁ τῷ πέντε του ἰπ' ἡκουσεν. Post quem Simon præ- dicantem Petrum andovit aliquandū. Quis non vi- det in hoc Clementis loco post hunc idem valere at- que ante hunc. Neque enim Simon Magus poste- rior fuit Marcione, Immo diu ante Marcionem vi- xit, ut inter omnes constat. Sed nimirum Clemens cū à propinquiorebus incipiens, hæreticorum cum- dicem texeret, primos numeravit qui erant ultimi; & postremum omnium postit Simonem, qui re- vera erat omnium primus. Sed & Geographiæ Scriptores, quoties terrarum situm & populorum nomina describunt, eodem loquuntur modo. Di- cunt enim μὲν τῶν τοῦτον εἰν ἑαῖροι. Quod idem valet ac supra hos siti sunt isti. Et hæc quidem ad- versus opinionem Casauboni, qui Theudam il- lum cujus in Actibus fit mentio, Juda antiquio- rem esse existimavit. Sed dicit fortasse quispiam; ex iis quæ à nobis disputata sunt, abunde demon- stratum videri, Theudam non fuisse antiquiorem Juda Galilæo: nihilo tamen minus Theudam il- lum cujus meminit Lucas, distinguendum esse ab eo Theuda cujus meminit Josephus. Prior enim Theudas de quo loquitur Gamaliel in oratione illa quam habuit in concilio Judæorum, circa tempus passionis Christi tumultum in Judæa concitavit, Alter verò de quo loquitur Josephus, post mor- tem Agrippæ Regis Fado Judæam administrante seditionem commovit, quarto circiter anno prin- cipatus Claudii Augusti. Cū ergo Gamaliel ora- tionem illam habuerit paulo post resurrectionem Christi, & ante martyrium B. Stephani; id est cir- ca extrema Tiberii tempora; de motu illo Theu- dæ qui regnante Claudio factus est, tunc omnino loqui non potuit. Huic objectioni aliter occurre- re non possumus, nisi Josephum hallucinatum esse dicamus, qui Theudæ tumultum tardius quàm de- bebat retulerit. Duos enim Theudas fuisse, qui se Prophetas esse mentiti, alter post alterum Judæos ad spem rerum novarum concitaverint, nunquam adduci possum ut credam. Conferantur Lucæ ac Josephi loca, in quibus uterque illorum de Theu- da locutus est: & unum eundemque Theudam ab illis esse memoratum manifestissimè deprehende- mus. Certe in utriusque narratione, cuncta ad a- mum ita conveniunt, ut Josephus Lucam inter- pretatus esse videatur. Unum discrimen est in tem- pore: quod tamen tanti momenti non est, ut idcirco duos Theudas comminisci debeamus. Nam quo- tiescumq; hujusmodi narrationis discrepantia apud veteres Scriptores occurrit, si ob hanc causam statim negotia ac personas distinguere necesse est, cavendū nobis erit, ne ex uno eodemque homine duos inconsulte faciamus. Quanto facius est, ubi duos Scriptores inter se dissentire viderimus, alterum il- lorum falli affirmare. Quod cū de sacris literis ne- fas sit dicere, in Josephum culpa omnis confere- da est. Alia quoque conciliandi ratio excogitari potest; si dicamus B. Lucam in eo loco κατὰ τὸν ἄρ' οὐ locutum esse. Quæ quidem figura occurrit

interdum apud antiquos Scriptores: exempli causa apud Virgilium cum dicit:

----- ποτίσκειν ἄνεμα. Atqui cum hæc diceretur Aeneæ, nondum condita erat Velia. Sic ergo B. Lucas tumultum Theudæ toto decennio anticipavit; Gamalielis orationi narrationem illam quasi ex sua persona interferens, eo quod præfenti argumento aptissime congruebat. Certè Eusebius noster locum B. Lucæ ita interpretatus videtur, ut ex hoc capite apparet.

Συνδύς του ὄρους. In tribus nostris codicibus Mazarino, Med. & Fuk. scriptum est Συνδύς ὄρους.

In Caput XII.

ἐπὶ τούτοις γα. Locus Josephi est in lib. 20. Antiquitatum cap. 3. Ubi postquam dixit Cuspio Fado Procuratori Judææ successisse Tiberium Alexandrum, statim subjungit ἐπὶ τούτοις γα καὶ τὸν μέγαν λιμὸν ἐπὶ τῶν Ἰουδαίων συνίεν ἤμειναι, id est horum procuratorum temporibus, ut rectè interpretatus est Gelenius. Quibus verbis aperte indicat Josephus, famem illam pluribus annis durasse, quippe quæ sub duobus illis procuratoribus sævierit. Missus porro est in Judæam Fadus post obitum Agrippæ Regis, id est anno quarto Claudii exevante. Ita famem illa ab Agabo prædicta, anno v. & vi. Claudii contigit.

pag. 50. ἑπτά διαφανεῖς. Tres erant pyramides tertio ab urbe Hierosolymitana stadio, in quibus condita erant ossa Helenæ Adiabenorum Reginæ, ut scribit Josephus in lib. 20. cap. 2. Idem in libro 6. de bello Judaico ἑλένης μνημῆα bis appellat, quas hoc loco ἑλέας vocat Eusebius. Rufinus sepulchrum vertit non male. Mausoleum Helenæ vocat Hieronymus in oratione de obitu B. Paulæ, idque adhuc sua ætate stetit. Porro hoc Helenæ sepulchrum mirabili opere fabricatum fuisse testatur Pausanias in Areadicis. Cum enim plura sepulchra memoratu digna à se visa esse affirmet, duo tamen præ ceteris admiratur: Mausoli scilicet in Caria, & Helenæ in Judæa: ἑβραίων δὲ ἑλένης ζωακός ἐπιχωρίας τὰ φεῖσιν ἐν πόλει σολύμοις, καὶ ἐς ἑδάφους κατέβαλεν ὁ Ῥωμαίων βασιλεὺς. Cetera de miraculo januæ sepulchri illic vide apud Pausaniam. Qui in eo fallitur, quod Helenam patriâ Judæam fuisse existimavit. Fuit & palatium ejusdem Helenæ Hierosolymis, ut docet Josephus in libro 6. de bello Judaico pag. 920.

ἑπτά. Joannes Langus qui Nicephorum latine interpretatus est, statuas vertit, pessime omnino. Nam vox ἑπτά interdum quidem statuas significat, ut apud Suidam & recentiores Græcos sæpius occurrit. Sed ea significatio huic loco convenire non potest, cum nefas fuerit Judæis statuas ullas habere. Eundem errorem admisit Gelenius in interpretatione libri Philonis de legatione ad Cajum. Cum enim Philo de profuechis Judæorum Alexandriæ quas Græci concnemaverant, hæc dixisset: καὶ σιωπῶντας συγκαταίρει δίσκας καὶ συμφορηδίσκας τῶν αυτοκρατόρων τιμὰς ἀπὸ ἰδῶν καὶ σφάνων ἐπιχρῶσιν καὶ σπλῶν καὶ ἐπιχρῶσιν, Gelenius ita vertit: Taceo deletos à fuerentibus eodem incendio honores Romanorum principum, clipeos, coronas statuæque auratas cum suis titulis. Cum potius ita vertere debuisset Clipeos, coronas aureas, columnas cum inscriptionibus. Sic etiam

in hoc Eusebii loco ἑπτά sunt columnæ, seu cippi sepulchrales in quibus humatorum nomina perhibebantur. De his Scholiastes Aristophanis in Equitibus & in Avibus. Earum usus etiam apud Romanos. Nam Dio in lib. 67. de funebri cena περιπέλας ταφῶν ἐπὶ ἐκείσῳ σφῶν παριστῆσαι, τὸ ἑπτά κίβητες εἶναι. Idem in lib. 69. de equi Borythenis sepulchro eandem vocem usurpat. In veteribus glossis cippus redditur. Cicero in lib. 2. de legibus cippum dicit, ubi agit de sepulchris. Clemens Alexandrinus in lib. 5. Stromate. scribit Hipparchum Pythagoreum eo quod arca magistri evulgasset, & collegio ejectum fuisse, & cippum ei positum fuisse tanquam mortuo, καὶ ἑπτά ἐπὶ αὐτῷ ἡμειναι κρη.

In Caput XIII.

ἢ δὴ διαδομένης πίστεως. In codice Maz. Med. & Savil. legitur διαδομένης, quod magis placeat. ἐπὶ τῆς προτέρας πρὸς ἀντωνίων δαπνοζῆα. Hic locus locus non in priore, sed in secundo eius Apologocō hodie exstat. Verum Eusebius in citandis Iuliani Apologeticis, alium ordinem secutus est, quem vulgatæ editionis. Primum enim semper vocat qui in vulgatis editionibus est secundus; & secundum qui vulgo est primus. Qua de re plurimum disputabitur.

ἄπο κώμενος γέντων. Clemens in lib. 2. Recognitionum Simon hic, inquit, patre Antonio, matre Ruthenæ tus est: gente Samaritanæ ex vicis Gynborum, ἀπὸ ἡμεῶν, &c.

σίμωνι δὲ ὁ σάρακτα. Jamdudum viri doctissimi varunt, impetitia Latinæ linguæ lapsum esse Iulianum, qui statuam Semoni Sancō politam, Semo mago sacratam fuisse putaverit, vicinitate nominum deceptus. Certe statua illa quam in insula Tyberina viderat Justinus, non ita dudum effusa cum ea inscriptione quam dixi, SEMONI SANGO DEO FIDIO. Sancus, Deus erat apud Arabinos qui pacis & federibus præerat, à Sansoni dictus. Unde etiam Deus Fidius vocabatur, ἰβή. Quin etiam per eum jurare soliti erant Romani. Refellerunt Justinum Samaritani quidam, qui illam Simoni Samaritano politam fuisse ei perjurant. Quasi veterē Romani misgum ac præteritam rem adhuc viventem consecravissent: aut quasi Romanum Deum adjecto epitheto sanctum vocarent. ἰβήλω τινά. Rufinus Selenem vocat. Atque in hac Selenē seu luna refert, satis recondata.

ἐπὶ τῆς οὐρανῶν. Nescio quo calu in eodem locum Rob. Stephani error irrepleat, ut pro τῆς scriberetur τῶν. Quo scripturæ vitio deceptus Musculus, vir mediocris ingenij, hunc locum vertit: Qua primum in telonio steterat. Chelphorsonus quoque ad eundem lapidem interpretatus est: Qua antea apud Tyram Phœnicia meretricio quæstus seipsam profudit. Quasi ἐπὶ τῆς οὐρανῶν esset ac ἐπὶ τῆς οὐρανῶν. Ἄρρητος Græcis est περιεῖον. Clēmens Alexandrinus in lib. 3. Stromate. εἶναι δ' αὖ ἐν ταῖς μαιζῶσι παρὰ τῶν ἰβήλων, αἱ φρεσῶσαι τὴν τῆς οὐρανῶν ἀνάσσειν ἀπὸ χερῶν τῶν βυλομένων ἀπαταῖς. Chrysolostomus in oratione de sancto Babyla contra gentiles, ταῖς τῆς οὐρανῶν ζωαίκας vocat meretrices.

Στρατιωτικὴν ἐπιχειροῦντες. In tribus nostris codicibus

bus Maz. Med. & Fuk, scriptum inveni *επιχειρωτες*. A
Espaulo post, ubi legitur *εμπλη ταρχανει*, iidem
codices scriptum exhibent *εμπληα*. In optimo ta-
men exemplari Mazarino adnotatum est ad latus ca-
dem manu *επιχειρωτες*.

In Caput XIV.

τοτε αυτοις σωμαρομην διακονοις. Ita ex codice Med.
edidit Rob. Stephanus. Sed longe rectius in codi-
ce Regio. Mazar. & Fuketiano & Savil. scribitur *τοτε*
αυτη σωμαρομην, &c. Quin etiam Nicephorus
hanc scripturam confirmat. Habet enim *τοτε εδαινε*
εξουσι.

τις ιερολυσος. Male huc locum cepit Rufinus.
Sic enim vertit: *Is urbem Romam ingressus, utens*
admiraculo adfidentis sibi & adhaerentis demoniaca
virtutis, quam paredeum vocant. Verum Eusebius
loquitur de demone, qui in urbe Roma quasi in
capite totius mundi, sedem ac domicilium posue-
rat. In codice Fuketiano & Saviliano legitur *σωμ-*
αρομην.

In Caput XV.

του ετη ανδελ καταλιυτο. Ex his Eusebii verbis
petricae colligitur, Simonis magi interitum Ro-
mae contigisse principatu Claudii Augusti. Nam
Eusebius scribit Petrum regnante Claudio Ro-
mam venisse: statimque Simonis magicas artes Pe-
tri adventu discussas, & cum auctore ipso destruc-
tas fuisse. Eusebius secutus Symeon Metaphra-
stes, Simonis interitum, Claudii temporibus ac-
cidisse scribit. At Baronius in Annalibus, & Sigo-
nius in librum secundum Historiae sacrae Sulpicii
Severi, id Neronis temporibus accidisse contem-
dunt: cujus rei auctores habent Severum, Augu-
stinum, Philastrium, & Maximum Taurinensem.
Ego vero Eusebii sententiam veritatem puto. Cum
enim constet ex Justino & Irenaeo, Simonem sub
Claudio Romam venisse & fraudulentia edidisse
miracula; cumque etiam constet, Petrum ejusdem
Claudii temporibus Romam se contulisse ad Si-
monis fraudes confutandas, verisimile non est Si-
monem tam diu, praesente atque adstante Petro in-
sultasse fidei Christianae. Sed qui Simonis exitum
in Neronis conferunt tempora, id fecisse videntur,
ut triumphum de Simone aeti particeps esset
Paulus. Norant enim Paulum Apostolum Nerone
demum regnante venisse Romam. Itaque ut
certamini illi Petri cum Simone interesset, certa-
men illud in Neronis tempora contulerunt. Porro
de certamine illo & de Simonis volatu, nullum hic
verbum dixit Eusebius. Silent etiam Irenaeus &
Justinus. Certe Icarus ille Simonis interitus,
quomodo consentire possit cum statua illa Simonis
Sancti Dei, equidem non video.

ελεγε εν εκτω των αποστρεψων. Locum Clemen-
tis quem hic designat Eusebius, refertur ab Euse-
bio in libro 6. historiae Ecclesiasticae capite decimo
quarto, ad quem locum Deo juvante, plura dicturi
sumus.

το δε μαρκου μηνι κωνσταντινου. Haec verba sic accepit Ru-
finus, quasi id a Papia relatum fuisset. Sic enim
vertit: *Cuius simile dat testimonium etiam Hiera-*
politi Episcopi Papias: qui hoc dicit, quod Petrus

in prima Epistola sua, Marci meminerit. Eundem
sensum in interpretatione sua secutus est Musculus.
Nos vero haec verba a praecedentibus omnino sejun-
ximus; quod etiam Hieronymus ac Nicephorus an-
te nos fecisse deprehenditur.

πρωτον προσημασεν βαβυλων. Romam Petrus
figurate Babylonem vocavit, vel ob magitudi-
nem ac potentiam; vel propter impietatem, eo
quod daemorum cultui dedita tunc esset Roma
perinde ac olim Babylon. Potest etiam alia ratio
hujus cognominis offerri, quod scilicet ut Baby-
lonii Judaeos in servitutem redegerant, sic Romani
tunc Judaeos ditioni suae subjecissent. Sunt qui
in dicta Petri Epistola, Babylonis nomine non Ro-
mam, sed Babylonem ipsam quae caput fuit Assy-
riorum, designari contendunt. Verum hi omnium
veterum Patrum testimonio refelluntur. Certe
qui Petrum Babylone sedisse volunt, ostendant
nobis oportet successionem Episcoporum, qui Ba-
bylonis Ecclesiam post Petrum administrarunt.
Proferant igitur fastos Ecclesiae illius, sicut nos
successiones Episcoporum urbis Romae qui post
Petrum Apostolum Romanae Ecclesiae praefuerunt,
ex Irenaeo aliisque proferimus. Quae, malum, im-
pudentia est, id quidem quod nemo veterum di-
xit, temere affirmare: Petrum scilicet sedem fixisse
Babylone: id vero quod veteres omnes Eccle-
siastici Scriptores disertissime prodiderunt, adven-
tum videlicet Petri in urbem Romam, pertinaciter
negare. Atqui nihil in tota historia Ecclesiastica il-
lustrius, nihil certius atque testatius, quam ad-
ventus Petri Apostoli in urbem Romam. Nam
praeter Papiam & Clementem Alexandrinum
quorum testimonia hic affert Eusebius, idem scri-
bit Dionysius Corinthiorum Episcopus in Episto-
la ad Soterem Episcopum urbis Romae, Irenaeus,
Cajus presbyter in disputatione adversus Proclum,
Origenes in tomo 3. explanationum in Genesim.
Quorum omnium loca, id quod dixi affirman-
tium, spatium in hoc opere citata reperiet diligens
lector.

In Caput XVI.

μαρκου ετη της Αιγυπτου τελευτησεν. Quo anno
Marcus in Aegyptum profectus sit ad praedicandum
Evangelium, non satis constat inter antiquos
Scriptores. Auctor Chronici Alexandrini id re-
fert anno 3. Caji Caligulae. Georgius quoque Syn-
decellus in eadem est sententia. Eusebius autem in
Chronico, Marci profectioem confert in annum
secundum Imp. Claudii. Sed si verum est id, quod
Clemens & Papias retulerunt, Marcum una cum
Petro venisse Romam, ibique rogatum a Roma-
nis Evangelium conscripsisse; priusquam de tem-
pore profectiois Marci in Aegyptum dicamus,
inquirendum est, quo anno Petrus in urbem Ro-
mam advenerit. Eusebius quidem in Chronico,
Petri in urbem Romam adventum refert anno se-
cundo Claudii Augusti, quam sententiam secu-
tus est Baronius & Petavius, aliique plures. Sed
haec sententia refelli videtur ex Actibus Apostolo-
rum; ex quibus constat Petrum in Judaea ac Syria
semper mansisse usque ad ultimum annum Agrip-
pae Regis. Qui cum Hierosolymis Petrum in vincula

conjecisset ; paulo post , divina eum insequente A
 justitia , extinctus est Casarez , ut refert Lucas.
 Cum igitur anno quatto Claudii mortuus sit
 Agrippa , ut inter omnes convenit , Petrus ante
 hunc annum Romam proficisci non potuit.
 Hanc opinionem valde confirmat Apollonius vetus
 Scriptor , qui adversus Montani haresim lucu-
 lentis voluminibus decertavit . Is scribit se ex
 traditione majorum ita accepisse , Apostolos post duo-
 decimum ab Ascensione Domini annum a se invi-
 cem discessisse , cum Christus ita ipsis praecepisset.
 Verba Apollonii habentur historiae Ecclesiasticae
 Eusebii nostri lib. 5. cap. 18. Idem refert Beda
 in cap. 13. Actuum Apostolorum . Sed auctor
 Chronici Alexandrini adquam Petri in urbem
 Romam adhuc tardius refert . Scribit enim Pau-
 lum venisse Hierosolyima ob controversiam de
 circumcissione anno sexto Claudii ; eoque anno
 celebratum esse concilium Hierosolymitanum ,
 Apostolis nondum a se invicem disjunctis . Itaque
 ex ejus sententia , Petrus non ante annum 7. Clau-
 dii Romam profectus est . Sed dolendum est , quod
 in eo Chronico viginti circiter annorum lacuna
 est . Ita Marcus anno Claudii nono Alexandriam
 profectus fuerit : quae est sententia Euty chii Patriar-
 chae Alexandrini .

In Caput XVII.

τῶν παρ ἡμῖν ἀσκητῶν, Musculus & Christophor-
 fonus monachos his verbis significari existima-
 runt : a quibus magnopere dissentio. ἀσκητὰς enim
 priscais illis temporibus vocabant eos , qui inter
 Christianos strictius quoddam ac durius vitae ge-
 nus profitebantur . Quam vocem a Philosophis
 mutuati erant , qui exercitationem virtutis atque
 abstinentiae ἀσκησιν vocabant . Est apud Arrianum
 in lib. 3. dissertationum , caput ἀσκήσεως . Sic
 apud Artemidorum in lib. 4. cap. 35. Alexander
 quidam Philosophus ἀσκητὴς vocatur . Et Philo
 in illud : Excitatus est Noe , pag. 280. ἀσκητῶν pie-
 tatis exercitiis deditum vocat . Recte igitur Rufinus
 hac Eusebii verba , tam de clericis quam de
 monachis interpretatus est : Sed & abstinentium
 vitae , eorum duntaxat , qui nunc in Ecclesiis vel
 monasteriis degunt , describit ad liquidum . Hac
 si animadvertisset Scaliger , non tam facile repre-
 hendisset Eusebium . Neque enim Eusebius mo-
 nachos a Marco institutos esse dicit Alexandriae ,
 sed ascetas . Hi autem multum distant a monachis ,
 ut genus distat a specie . Et ascetae quidem in Eccle-
 sia fuerunt semper . Monachorum verò nomen &
 institutum serius caepit . Scio Cassianum in lib. 2.
 institutionum capite 5. Sozomenum & alios , hunc
 Eusebii locum de monachis accepisse . Verum hi
 ab Eusebii mente , meo quidem iudicio , longe aber-
 rantur .

ἀφοδῆσεν οἷς ἰσθρῆσεν ἕμμελλεν . Ita quidem ex codi-
 ce Regio edidit Rob. Stephanus . Verum in tri-
 bus nostris codicibus Maz. Med. & Fuk. aliter scri-
 bitur hic locus οἰκοδόντι καὶ ἐξ ἑαυτῆ ἀφοδῆσεν , ἐν οἷς
 ἰσθρῆσεν ἕμμελλεν ἀποχρησάμεν . Quae quidem le-
 ctio rectior mihi videtur .

ἀπὸ βίῃ θεωρητικῆ . Exstat hodieque hic Philonis
 liber ; in quo differit Philo de vita quorundam

Philosophorum , qui reliquis civitatibus in agro de
 solitudine degentes , orationibus & contempla-
 tioni vacabant , quos θεωρητὰς dictos fuisse ait
 & mulieres θεωρητῆρας . Hos Eusebius non esse
 fuisse Christianos , qui ex Hebraeis coeniti ab
 Evangelista Marco , strictiorem quandam morum
 disciplinam fuerant amplexi . At Scaliger in lib. 6.
 de Emendatione temporum , Essenos illos fuisse
 contendit : & Eusebium graviter reprehendens qui
 Christianos illos fuisse affirmaverit . Deo exam-
 genera Essenorum fuisse scribit Scaliger ; & ab
 quidem fuisse θεωρητῶν , de quibus in prioribus libro
 differit Philo : alios θεωρητῶν . Ego vero in hoc
 quidem libenter assentior Scaligero , quod θεωρη-
 τὰς illos negat Christianos unquam fuisse . Adeo
 paulo post pluribus argumentis demonstrabimus .
 Sed quod idem Scaliger dicit , illos Philonis θεωρη-
 τῶν Essenos fuisse , id mihi persuadere non pos-
 sum . Nam primum quidem Philo in toto libro
 de vita contemplativa , nusquam illos Essenos
 nominat . Immo statim in ipso libri exordio , θεωρη-
 τῶν ait nuncupatos fuisse , & mulieres quidem in
 instituti θεωρητῶν . Deinde Esseni quidem in Ju-
 dexa tantum erant ac Palaestina , ut discrete scribit
 Philo , tum in libro quod omnis probus sit liber ;
 tum in Apologia pro Judaeis quam citat Eusebius
 in libro 8. de preparatione . Therapeuta vero per
 omnem Graeciam ac Barbariam diffusi erant . Sed
 praecipue in Aegypto circa Mareotem degabant , ut
 ait Philo ; qui Mareoticam eorum patriam & quae
 si metropolim fuisse testatur , quo praeterea
 mus quique Therapeutarum commigrabat . De-
 nique Josephus diligentissimus alioqui Scriptor ,
 cum de Essenorum secta duobus in locis exposito
 differnerit , tamen de illis θεωρητῶν Essenos
 verbum quidem dixit . Mitto quod Therapeuti-
 bus multa attribuit Philo , quae ab Essenorum
 longe abhorrent . Cujusmodi illud est quod de mul-
 lieribus Therapeutice dicit ; cum tamen Philo
 discrete testetur Essenos muliebrem sexum non
 Jam illud quod ait Philo , Therapeutas patriam
 suam propinquas & amicis sponte relinque-
 re , an non manifeste pugnat cum eo , quod Philo
 plus affirmat , Essenos scilicet nihil propinquas
 donare , sed omnia in commune conferre . Testi-
 lit Scaligerum Philonis locus , qui librum suum de
 vita contemplativa sic exorditur : ἰσθρῆσεν οἷς ἰσθρῆ-
 θεῖς δι τὴν θεωρητικὴν ἐπιπέραν καὶ ἀσκήσιν οἷς ἰσθρῆ-
 σιν , ἢ τὸ ζωὴν θεωρητικὴν ἐπιπέραν τῶν πλεονεκτη-
 δυνεζόντων , ἀπὸ τῆς ἀπὸ τῶν θεωρητῶν ἀσκήσεως
 λήξω . Scilicet Scaliger ἰσθρῆσεν ἰσθρῆσεν ἰσθρῆσεν
 Sed nihil necesse est . At , inquires , quomodo
 fuerunt Therapeutae ? Judaicae quidem religionis
 cultores illos fuisse non dissiteor , maxime cum
 Philo nihil praeter legem ac Prophetas , eos sectari
 se dicat . Sed Essenos illos non fuisse , ex his quae
 satis , ut opinor , liquet . Idem nobiscum fecit
 Photius in bibliotheca cap. 103. ἀσκήσεως δὲ τῆς
 ἀπὸ τῶν θεωρητῶν φιλοσοφίας ἀπὸ τῶν θεωρητῶν
 θεωρητικῆς φιλοσοφίας βίαι : ὅντι μὲν ἰσθρῆσεν οἷς ἰσθρῆ-
 σιν ἀπὸ τῶν θεωρητῶν .

ἐπιπέραν μὲν . In tribus nostris codicibus Maz.
 Med. ac Fuk. scriptum invenit ἐπιπέραν μὲν
 εἰς πατρίδα δακτυλίαν ἐπέραν . Hic improprie
 quitur Philo . Nam coloni ex patria potius quam

patriam migrare dicuntur. Et tamen figura est A non inelicans, *δοκιμῆν εἰς πατριδα* & *ἰλιθεῖν*. Nam Therapeutæ qui relicta patria in Agyptum ad pagum Mareoticum commigrabant, merito dicuntur in coloniam mitti. Jam verò cum iidem Therapeutæ locum illum pto patria habuerint, recte dicuntur in patriam migrasse, cum illuc proficiscerentur.

φιλοσοφῆσι πλεῖν πατριῶν φιλοσοφίαν. Ita ex codice Regio edidit Rob. Stephanus. Verum in codice Maz. ac Med. scriptum inveni *πλεῖν πατριῶν φιλοσοφῆσιν*. In codice autem Fuk. legitur *πλεῖν πατριῶν φιλοσοφῆσι φιλοσοφίαν*. Quod mihi quidem rectius videtur. Sic enim Philo loqui solet de Judæis; ut in lib. 3. de vita Mosis *εἰστί τῶν φιλοσοφῶν τὰς ἰσθμίας ἰσθμίας πλεῖν πατριῶν φιλοσοφίαν*. & in legatione ad Cajum *ἡ μάλα τὰς ἰσθμίας ὅτι δημοσία πλεῖν πατριῶν παρ' ἑνοτάρι φιλοσοφίαν*.

ἐκ κοινῶν ἀλλήλων. In Philone & in codice Maz. Med. & Fuk. & Savil. legitur *ἀλλήλων* recitatur. Porro quid significet *κοινῶν* vocabulum, quævis notum est arbitror. Antiquiores Græci *κοινῶν* vocabant, quas recentiores *ἀλλήλων* dicebant, cum scilicet aliud dicitur, aliud intelligitur. Docet id Plutarchus in libro quomodo legendi sint poete. *ἔχει δὲ ἀναδωρόν τι φιλοσοφῶν ἐπὶ τῶν διαβόλων μάλα καὶ μὲν οὐκ εἰς τὰς πάλας ὑπονοίας, ἀλλ' ἕως δὲ τῶν λογισμῶν ἀναδωρόντι*. Ita certe apud Platonem sumitur *ὑπονοία* in lib. 2. de Republica sub finem. Et apud Philonem infra.

συγγράμματα παλαιῶν ἀνδρῶν, εἰ τῆς ἀριστείας αὐτῶν ἀρχήται. Jam supra docuimus, Philonis Therapeutas diversos ab Esenis fuisse. Restat nunc ut probemus, eos non fuisse Christianos, ut sibi alii que persuasit Eusebius. Undenam verò id probare certius possumus, quàm ex hoc Philonis loco quem præ manibus habemus. Ait igitur Philo, habuisse Therapeutas scripta veterum quorundam suæ sectæ auctorum, qui legem allegorice exposuissent. Quomodo hæc de Christianis accipi possunt; qui tum novelli erant & nudius tertius nati. Quenam rogo sunt scripta illa; quinam vetusti auctores & percipies illius sectæ? Non certe Prophetarum libri. Hos enim diserte ab illis separat Philo. Respondet Eusebius esse forsitan Evangelia & Epistolæ Apostolorum; sed hæc vixdum scripta erant Philonis ætate; nedum ut Apostoli & Evangelistæ pro vetustis auctoribus haberi etiamtum possent, præsertim à Philone, qui & Apostolicorum temporum fuit æqualis, & cum Petro familiariter Romæ versatus est, si Eusebio credimus. Annon ex his aperte colligitur, Philonem eo in libro de Christianis non loqui? Sunt & alia argumenta ex quibus idem probari potest. Ut cum dicit Philo Therapeutas bis tantum quotidie preces fecisse, oriente scilicet Sole & occidente. Quasi vero primi Christiani non tertiam, sextam & nonam horam, ut in Actibus legitur; & singulis non diei modo, sed & noctis horis Deum oraverint. Item quod ait Therapeutas hymnos & cantica vario metrorum genere in honorem Dei composuisse, cadere non potest in primævos illos Christianos. Serius enim novos hymnos contexere ceperunt, post Antoninorum scilicet tempora; cum viti docti sese ad nostram religionem applicuissent. Jam ve-

rò quod scribit Philo, Therapeutas per univertum prope orbem diffusos fuisse, sed potissimum in Agypto frequentes fuisse, & Mareoticam præfecturam fuisse illis instar patriæ; in quam præstantissimi quique illorum relictis patriis sedibus migrare soliti essent; quomodo de Christianis dici potest, qui & paucissimi tunc erant, nec patriam sibi ullam esse præter cœlestem Hierusalem existimabant.

ἰδιώτης. Aut hæc vox delenda est; aut adjicienda sunt, quæ sequuntur in Philone *ἰδιώτης ὡσπερ φασὶ τὸ τῶν τριῶν ἢ ἐν αἰετῆσι φασὶ*.

ἐπακροῦς τὸν αὐτὸν. Paulo aliter nostri codices Maz. Med. & Fuk. qui ita scriptum exhibent *ἀρχὴ ἐπακροῦς τὸν αὐτὸν ἢ εἰς δέτρο, &c.*

τῆς μεγάλης ἑορτῆς παννυχίδας. Intelligit totam illam hebdomadem quæ Paschales ferias præcedit, quam *μεγάλην ἑβδομάδα* Græci Patres appellant. Epiphanius in hæresi Nazaræorum vocat *ἑβδομάδα τῶν πάσχα*, ut & Cyrillus in Homiliis Paschalibus. Ex quo discimus, hebdomadem illam in Alexandria Ecclesia à secunda duntaxat feria incepisse. Ait autem Epiphanius Philonem per eos dies venisse ad monasteria Therapeutarum quos ipse Jessæos nominat. Verum in Philonis libro nulla fit mentio Paschalis solemnitatis. Meminit quidem Philo *τῆς μεγάλης ἑορτῆς*; ubi scribit Therapeutas seorsum viris in monasteriis; septimo autem quoque die in unum convenire solitos; post dies verò septies septenos convivia frugalissima celebrasse cum choreis & canticis in honorem Dei compositis. Quippe eos septenarium numerum coluisse; nec solum simplicem hebdomadem in honore habuisse, verum etiam repetitam ac perse multiplicatam, quippe quæ vigilia sit seu *προεόρτη* & magnæ festivitatis, Pentecostes videlicet. Hæc sunt Philonis verba, quæ profecto nihil faciunt pro Eusebio. Nam primum quidem Philo hebdomadis nomine, Sabbatum intelligit, quod Therapeutæ religiose colebant ex Mosis præcepto, ut tradit Philo. At hoc longe abhorret à Christianorum ritu, qui non Sabbata sed dies Dominicos celebrabant. Deinde *μεγάλης ἑορτῆς* vocabulo Pentecostem designari ipsemet testatur, non autem Pascha ut affirmat Eusebius. Omitto choreas & saltationes Therapeutarum in illis pervigiis, quæ potius ad Bacchanalium insaniam, quàm ad Christianam sobrietatem pertinent; licet Philo utpote gentis suæ Philosophis favens, ejusmodi furorem sacrum ac lobrium nominet.

παννυχίδας. Paulo supra *διανυκτερεύσεις* pro eodem dixit. *ἡ τὰς ἑξ ἡμέρας εἰστί τῶν πρὸς ἡμῶν ἐπιτελεμένων ἀστυεῶν, ἀς διαφύροντας καὶ πλεῖν τὰ σωτηρία πρὸς ἑορτῆν, ἐν ἧστί τις καὶ διανυκτερεύσειν, κοροσυχὰς τῶν θεῶν λόγων, &c.* Qui locus imprimis notandus est, utpote ex quo antiquitas jejunii Paschalis manifestissime ostenditur. Quamvis enim concedamus, Philonis locum ex libro de vita contemplativa, & de Christianis non esse intelligendum, ex interpretatione tamen Eusebii hoc colligimus; Eusebium non dubitasse, quin Paschale jejunium Marci Evangelistæ temporibus jam tum in Ecclesia celebraretur. Ceterum ut ad *παννυχίδας* seu pervigilia Paschalis festi redeamus, de iisdem loquitur Eusebius cap. 9. lib. 6. ubi agit de miraculis e ij

Narcissi Hierosolymorum Episcopi ; & in libro 4. A de vita Constantini cap. 22. πλώ ἱεραν διαν υπερύσιον appellat. Epiphanius in Epilogo operis de hæresibus , has vigiliis varie in Ecclesia observatas esse testatur. Perique enim per sex illos dies qui Pascha præcedunt, pervigilia celebrabant. Alii quinta duntaxat feria & Sabbato vigiliis agebant. ἀργυπιαίς δὲ διατέλλει τὰς ἑξ, &c. & paulo post: ἢ τισὶ δὲ τόποις πλώ μὲτὰ πλώ πέμπτην ἀργυπύσιον ἐπιφώσκουσιν εἰς τὸ προσάββατον, ἢ πλώ κλεικλῶν μόναι. Qui locus cum mutilus sit, ita mihi supplendus videtur. πλώ μὲτὰ πλώ πέμπτην ἀργυπύσιον ἐπιφώσκουσιν εἰς τὸ προσάββατον, ἢ πλώ μὲτὰ τὸ σάββατον ἐπιφώσκουσιν εἰς πλώ κλεικλῶν μόναι. Ac fortasse etiam plura defunt in illo Epiphanii loco. Nam & nocte illa quæ Parascevem sequitur, Christiani vigilabant, ut docet Cyrillus Hierosolymitanus in catecheli 18. ἀφ' οὗ τὸν κάματος τὸν προϋπόμνον ὑμῶν ἔκτε τῆς ὑπερδύσεως τῆς νηστείας τῆς ἁγίας καυῆς, ἢ τῆς ἀργυπίας.

τὸν τῆς προσασίας τρέπον. Presbyteros intelligit, de quibus Philo in dicto libro de vita contemplativa pag. 899. editionis Parisiensis.

In Caput XVIII.

pag. 58. πλατὸς ταῖς διανοίας. Rufinus legisse videtur βλαδῖς: vertit enim in sensibus profundissimis. Nicophorus tamen & scripti codices vulgatam lectionem tuentur. Paulo post nostri codices Maz. Med. ac Fuk. vocem interferunt hoc modo, ὑψηλὸς τε ὡν ἢ μετ' αὐτῶν.

ἀλλ' ὡν ἡ ψαῖς ὡς εὐχεται. Hic Philonis liber hodie non extat. Nam quod Nicolaus Faber ad oram codicis sui annotaverat, forte scribendum esse ἀλλ' τῶ ἐξ ἡ ψαῖς ὡς, id equidem probare non possum, licet in eo libro agat Philo de votis & imprecationibus. Apud Suidam liber hic Philonis inscribitur ἀλλ' ὡν κατὰ τὸν τῆς εὐχεται εἰς. Sophronius verò sic habet περὶ ὡν κατὰ τὸν ἐν ἡ ψαῖς ἢ ἀπομαρτυρούμεθα, λὶ γ' οὖν. Hieronymus dixerat. De iis quæ sensu precamur & desestamur, liber unus. Ubi notabis sensum poni pro intellectu, more illius sæculi. Sic idem Hieronymus in indice Hæreseon cap. 7. de Valentianis, sensum semper vocat, qui græce est νῆς, & in cap. 28. ejusdem libri. Ita etiam Eusebius Emisenus , seu potius Eucherius in homilia prima de ascensione. Totus, inquit, homo in animi intellectu, & sensus exercitio, & in mentis ratione ac vigore consistit. Nulla enim carnis utilitas est. Et in sermone de Pentecoste cum dicit: Ad hoc enim sensum rationabilem natura munere, & secundæ naturæ vitæ reparatione suscepimus. Rufinus in expositione symboli. Concilium vanitatis est & hoc, quod olim congregavit pertinax & prava contentio, asserens quidem Christum carnem humanam suscepisse, non tamen & animam rationalem: cum utique & carnis & animæ & sensus & menti una eademque salus à Christo collata sit. Ubi delendæ sunt voces illæ & menti.

ὁ περὶ φύσεως καὶ ἐπιφύσεως. Ita quidem scribitur in codice Regio, quam scripturam confirmat Rufinus. Vertit enim de natura & inventione. Apud Suidam hic liber inscribitur περὶ φύσεως καὶ ἐπιφύσεως. Quam inscriptionem Suidas ex Sophronio Hieronymi interprete desumpsit. Verum optimi codices Maz. ac Med. cum Fuk. & Saviliano præferunt

περὶ φύσεως καὶ αἰρίσεως. Quare assensum Nicophoro, qui duos Philonis libros recte dicitur: id est, de fuga & electione: alter περὶ φύσεως καὶ αἰρίσεως hoc est, de natura & inventione. Ex quo sequitur quidem in loco nostris exemplaribus emendationem fuisse.

περὶ φύσεως καὶ αἰρίσεως. Hieronymus de Christo Philonem vertit de passio. Sed nos Rufinus dicitur LXX. Interpretes posuerunt pro passione quam Græci σωθήνην vocant, ut notavit Suidas Pelusioia. Præcipue autem sic vocantur factura quæ Deus inivit cum hominibus; cuiusmodi multa referuntur in veteri instrumeto. Sed omnium maximum est & sanctissimum, quod Deus pepigit cum Abrahamo Hoc Latini omnes uno confesso testamentum dixerunt, alludentes potius ad ipsam nominis, qua testatio voluntatis designatur, quàm ad mortis significationem. Offerunt scilicet voluerunt, pacta illa & promissa Deo minus firma esse, quàm testimonia hominum esse solent. Secundum fœdus fuit illud, quod Deus pepigit cum Mose & Israelitis, ut est in Exodo cap. 24. Quamquam duplex fœdus cum Mose Deus percussit: prius quidem in monte Horeb: alterum verò in agro Moabitarum, ut legitur in Deuteronomii cap. 29. De duobus his fœderibus librum scripserat Philo hoc titulo: περὶ φύσεως καὶ αἰρίσεως. Sic enim scribitur in quatuor nostris codicibus Maz. scilicet Med. Fuk. & Savil. Quæ quis vulgatam codicis Regii scripturam retinere maluerit, non valde repugnaeo. Certe Philo fertè testatur duos se libros scripsisse περὶ φύσεως. Sic enim ait in libro de nominum mutatione τὸ δὲ περὶ φύσεως καὶ αἰρίσεως ἢ ὡς ἂν ἀνοήτως ἀρῶμεθα.

ὁ περὶ τῆς κατὰ φύσιν καὶ τὸ θεῖον. Scribendum est περὶ τῆς φύσεως καὶ τὸ θεῖον. Est enim titulus alterius libri, qui mutatus Philonis editionibus ita perferitur περὶ τῆς αἰρίσεως καὶ τὸ θεῖον.

περὶ τῆς κατὰ φύσιν καὶ τὸ θεῖον. Scribendum est περὶ τῆς φύσεως καὶ τὸ θεῖον. Est enim titulus alterius libri, qui mutatus Philonis editionibus ita perferitur περὶ τῆς αἰρίσεως καὶ τὸ θεῖον. Vertit enim de Moysi vita libros quinque. De quo quod à Deo mittantur somnia. Sed cum de vita Moysi libros tres duntaxat scripserit Philo, hoc Rufini versio ferri non potest. De eo quidem quod à Deo mittantur somnia, tres libros à Philone conscriptos fuisse constat. Quorum primus perit, secundus extat pag. 465. editionis Parisiensis: cuius exordio mentionem facit prioris libri, quæ de eodem argumento exaraverat. Tertius demum extat liber in eadem editione pag. 1108. non loco positus. An autem plures his tribus scriptis libris Philonis de somniis commemorata.

τὰ περὶ ἀπορίας. In codice Maz. & Fuk. scriptum est τὰ περὶ ἀπορίας rectius: unicus enim fuit Philonis liber hoc titulo prænotatus περὶ ἀπορίας. In manuscripto Philonis codice bibliothecæ Augustinæ, hic Philonis liber de Providentia confunditur cum altero ejusdem Philonis libro adversus Flaccum. Perit quidem hic Philonis liber de Providentiâ. Sed ejus insigne fragmentum habes apud

Eusebium in lib. 8. præparationis cap. ultimo, & in lib. 7. c. 21.

Non dubito quin scribendum sit sic enim laudatur hic Philonis liber ab Eusebio in lib. 8. de Præparatione Evangelica cap. 10. ubi locus profertur elegantissimus in τῆς αἰῶνος ἱουδαίων ἀπολογίας. Emendationem nostram confirmat Rufinus, qui hunc locum ita vertit, de Iudeis apologeticus liber.

De hoc Philonis libro Hieronymus in interpretatione nominum Hebraicorum ita scribit: Philo vir disertissimus Iudeorum, Origenis quoque testimonio comprobatur edidisse librum Hebraicorum nominum, eorumque etymologia juxta ordinem literarum è latere copulasse. Qui cum vulgo habebatur à Græcis, & bibliothecas orbis impleverit, studii mihi fuit in Latinam eum linguam vertere. Porro cum Philo ea duntaxat nomina interpretatus fuisset quæ in lege ac Prophetis habebantur, postea Origenes verborum ac nominum novi Testamenti interpretationem adjecit, suppleta videlicet id quod in Philonis libro deesse videbatur, ut scribit Hieronymus ibidem. Origenes in lib. 4. Comment. in Evangelium Joannis. Inveniuntur etiam in interpretatione nominum, Joannes, &c. αὐτοὶ εἶναι λέγονται. Tres nostri codices Maz. Med. ac Fuckerii scriptum habent αὐτοὶ αἱ.

Desumpsit hoc ex Luca in Actibus Apostolorum cap. 18. Et Orosius quidem anno Claudii nono id gestum esse scribit ex Josepho. Anno, inquit, eiusdem nono expulsus per Claudium urbe Iudeos Josephus tradit. Verum Josephi locus cujus testimonio utitur Orosius, hodie non exstat. Itaque Orosius memoria lapsus mihi videtur. Ac profecto nequaquam verisimile est, Claudium Imp. qui tanta benevolentia semper Iudeos complexus est, ut patet ex multis eius edictis, quæ apud Josephum leguntur, ipsos nominatim Iudeos urbe expulisse. Crediderim potius, cum magna Romæ fames orta esset, id quod anno Claudii decimo refertur in Chronico Eusebii, Claudium omnes peregrinos urbe expulisse, inter quos etiam fuere Iudei. Id enim antea ab Augusto factum fuerat; & à secutis Imperatoribus frequentissime postea usurpatum, quoties urbs Roma penuria annonæ laborabat. Atque ita explicandum censeo locum illum beati Luca. Quod si quis fuitus auctoritate Suetonii, opinionem nostram respuat, equidem non magnopere repugnabo. Orosium secuti sunt deinceps omnes Chronographi, & Baronius in Annalibus. Quem tamen miror, cum edictum illud Claudii contra Iudeos referat anno Claudii nono, Concilium Hierosolymitanum in eundem annum conferre. At id manifestò pugnat cum Actibus Apostolorum. Nam post Concilium Hierosolymitanum quod refertur cap. 15. Paulus regressus Antiochiam Apostolorum Epistolam fratribus tradidit, & aliquanto tempore ibidem moratus esse dicitur. Post hæc se junctus à Barnaba, abiit in Syriam ac Cilicum, prædicans verbum Dei. Inde in Phrygiam & Galatiam ac Mysiam profectus est, ubi in somnis à Spiritu sancto admonitus; in Macedoniam navigavit, ac primùm quidem Philippis annuntiavit fidem Christi; post hæc Thessalonica & Berrhoæ.

Hinc Athenas cum navigasset, diutius ibi commoratus, dum Timotheum & Sylam expectat, Atheniensibus verbum Dei prædicavit. Deinde Corinthum profectus, Aquilam & Priscillam ibi reperit, qui nuper eò ab Italia venerant ob edictum Claudii, quo omnes Iudei compulsi erant urbe excedere, ut est in cap. 18. Actuum Apostolorum. Ex his apparet, inter Concilium Hierosolymis habitum, & edictum Claudii, multum temporis intercessisse. Quo temporis spatio cuncta hæc quæ compendiosè retulimus, à Paulo Apostolo sunt gesta. In Chronico Alexandrino Concilium Hierosolymitanum refertur anno Claudii sexto, melius dixisset septimo. Sic enim cuncta egregie conveniunt. Nam Paulus residuis mensibus anni illius quo Concilium habitum fuerat, mansit Antiochiæ, tum anno sequenti Syriam & Ciliciam perlustravit cum Phrygia & Galatia. Anno demum Claudii nono venit in Graciam.

Id est quo tempore Aquila, &c. Potest etiam legi disjunctim 7, & ut in Regio & Fuk. codice scriptum inveni.

In Caput XIX.

Idem numerus ponitur in Chronico. Sed Josephus in lib. 2. de excidio plusquam decem millia hominum extincta esse dicit. In vicinissimo autem libro Antiquitatum, qui libri post historiam belli Judaici ab eo conscripti sunt, viginti millia occisorum numerat. Quem quidem numerum sequi malim, propterea quod hi libri posterius scripti sunt, ut dixi.

Hic junior Agrippa rex Iudeorum natus est in Thracia. Hic junior Agrippa, si proprie loquamur, nunquam Iudeorum Rex fuit. Nam post obitum patris Agrippæ qui anno 4. Claudii abiit è vita, cum adhuc infirma esset ætate, Claudius eum apud se detinuit, nec in patris regno succedere permisit. Postea defuncto Herode Chalcididis Rege, Claudius regnum patris ei donavit. Quod cum per quadriennium tenuisset, Claudius anno imperii sui duodecimo Thraconitidem quæ tetrarchia Philippi fuerat, cum Lyfania regno ei concessit, adempta prius Chalcide. Jus quoque in templum, & eligendorum pontificum potestatem quam Herodes patruus habuerat, in eum transtulit. Paulo post Nero partem Galiliæ eius adjunxit regno, ut scribit Josephus in lib. 20. Quæ cum ita sint, apparet falli Eusebium, qui hunc juniorem Agrippam statim post obitum patris in regnum eius successisse, & Regem Iudeorum à Claudio factum esse tum hic, tum in Chronico scribat. Quamquam hoc loco Eusebius aperte non dicit, statim post obitum patris Regem illum à Claudio factum fuisse. Certe ipsius Josephi testimonio demonstrari potest, juniorem Agrippam non continuo post patris mortem regia dignitate ornatum fuisse. Etenim Josephus in lib. 2. de bello Judaico cap. 13. duodecimum Neronis annum quo cæpit bellum Judaicum, componit cum anno Regis Agrippæ 17. Proinde junior Agrippa regnare ortus est anno Claudii octavo. Porro non negaverim eum Iudeorum Regem dici posse, cum Rex fuerit Galiliæ, & inter Iudeorum Reges recensetur à Justo. Sed nego illum Iudeæ Regem unquam fuisse. Nam post obitum senioris Agrippæ, qui

contigit anno 4. Imp. Claudii, Judæa in provinciam formam redacta est, missique in eam quotannis procuratores Cæsaris, ut docet Josephus.

φίλμα. In Chronico Eusebii Felix ad procuracionem Judææ missus esse dicitur à Claudio anno xi. Sed in editione Scaligeri rectius id adscribitur anno x. Claudii. Verius tamen videtur, Felicem anno Claudii nono missum esse in Judæam. Nam Tacitus in lib. 12. Sulla & Othone Cosl. qui est annus 10. Claudii, Felicem jampridem Judæis impostum fuisse dicit, & in cap. 24. Actuum Apostolorum Paulus causam agens apud eundem Felicem, quod contigit anno Claudii 13. sic eum alloquitur. Ex multis annis te esse judicem huius genti sciens, &c. Ceterum fallitur hic Rufinus, qui hæc verba Josephi esse existimavit, cum sint Eusebii ipsius ut apparet.

In Caput XX.

Pag. 60. νύτλην τοὺς διαφόρους. Inimicos vertit Gelenius quod non probo. Nam τοὺς διαφόρους Josephus dixit pro τοὺς διαφέροντας.

In Caput XXI.

Pag. 61. ἡ κρατήσας. Hæc est Josephi vulgata editio in lib. 2. cap. 13. de bello Judaico, cui consentit codex Regius. Sed nostri codices Maz. Med. cum Fuk ac Savil. aliter scriptum exhibent, ἡ κρατήσασαι τῆς τριμυκίης φρουρᾶς ἢ τῆς δ' ἡμεῶν τυραννίδος, ἡραμυκίᾳ τοῖς συνεισασσοῦσιν διαζυφίους. Subauditur autem δὲ τὸ κοινὸν verbunt βιάσασθαι quod paulo ante præcessit. Nec aliter legisse videtur Rufinus. Sic enim vertit Paratus inde irruere Hierosolymam, & vi ac potestate urbem tenere, simulque Romanorum presidia ac plebem tyrannidi suæ subjugare.

ὄψασθαι δὲ ἄξιον. Proprie ὄψασθαι est attendere, seu observare. Sic Eusebius in lib. 3. cap. 24. οἷς ἡ ὄψασθαι ἂν εἴη δὲ διαζυφίον ἀλλήλοις τὰ ἑκατέρωθεν. Hinc ὄψασθαι supra in hoc libro cap. 18. dicuntur notæ seu observationes. Occurrit ea vox apud Athenæum, Polybium & alios.

ἀναστᾶσας. Vetus Interpres in cap. 21. Actuum Apostolorum vertit: tumultum concitasti, male ut equidem sentio. Nam ἀναστᾶσας idem est quod ἀνάστατον ποιᾶσαι abducere, asportare. Itaque recte Musculus vertit: qui tecum exiviisti. Potest etiam verti, qui subvertisti quatuor millia hominum. Sic enim Hefychius interpretatur ἀναστατώσας, ἀναστᾶσοντας, & ἀνασταῶν καταστραμμένους. Hinc qui are alieno oppressi solum vertunt, ἀναστατωθῆναι dicuntur teste Harpocrate & auctore Etymologici.

τριμυκίους. At Josephus triginta millia hominum dicit. Quod ita intelligendum est, ut numerus quidem promiscuæ multitudinis ad triginta usque millia hominum pervenerit; ex illis verò, quatuor tantum millia fuerint licariorum. Atque ita Josephus conciliabitur cum Luca. Ceterum non assentior Eusebio, qui hæc sub Nerone gesta esse scribit, Nam in cap. 21. Actor. Ægyptius ille magus fufus fuisse dicitur paulo ante adventum Pauli Hierosolyma. Venit autem illic Paulus anno Claudii ultimo. Quod ex eo colligitur quod in cap. 24. Actorum tribit Lucas, successorem missum esse Felici Porcium Festum. Cum ergo Festus in Judæam missus verit anno Neronis secundo, strages Ægyptii illius

in extremum Claudii annum cadat necesse est. Fefellit Eusebium Josephi narratio qui hæc sub Nerone referte videtur. Sed animadvertere debent Eusebius, Josephum eo loco cuncta simul & æceram commemorare quæ à Felice gesta essent, tunc sub Claudio, quàm sub Nerone.

In Caput XXII.

ὁ δὲ κωδὴς πρὸς τὸν δευτέρου παραλήσειν τὴν. In prima dem codex Regius. Sed in Maz. Med. ac Fuk. codice scribitur παραλήσειν τὴν. Certe hic locus valde obscurus est, & idcirco à Musculo prætermittitur. Re tamen diu multumque perpensa, tandem verum hujus loci sensum deprehendi. Ait igitur Eusebius ex verbis Pauli in secunda ad Timotheum Epistola id colligi, ipsam in prima quidem defensione, tententia judicum absolutum fuisse: postea verò in secunda accusatione fuisse damnatum. Prius quidem illud aperte designat his verbis: In prima mea defensione nemo mihi adsuit. Et cum ait: Liberatus sum ab ore leonũ. Quod idem est ac si diceret: Liberatus sum ex Neronis faucibus. De secunda autem accusatione longe aliter loquitur Paulus. Neque enim dicit: Liberabit me Deus de ore leonũ, hoc antea locutus fuerat. Quippe prævidebat Paulus, Deo id ipsi revelante, se nequaquam periculo gladio ulterius subtractum iri, sed glorioso martirii exitu consummandum. Proinde cum de prima accusatione dixisset: Liberatus sum ex ore leonũ, in secunda qua tunc maxime premebatur, hæc subiungit: Liberabit me Dominus ab omni opere suo, & salvum faciet in regno suo caelesti: mortem tamen his verbis aperte designans. Hic est sensus hujus loci, quem nec Interpretes, nec ego ipse animadvertentem. Quare in Eusebii verbis cunctis vocibus scribendum est ἡ αὐτῶν, vel multo magis οὐκ οὐκ. Certe in Maz. codice distincte vocibus ἡ αὐτῶν scribitur. Porro hunc Eusebii locum descripsit Hieronymus in libro de Scripturis ecclesiasticis, ubi de Paulo loquitur: sed Eusebii sensum minime est assecutus, ut patebit legenti. Quare & Sophronius dum locum illum Hieronymi Græcum sermonem verteret, aliquot verba prætermisit, quæ scilicet sensui obesse videbantur. Eusebii sensum quem dixi expressit Theodoretus in Epistola 2. ad Timotheum ad illa verba: Liberabit me Dominus ab omni opere malo. ἡ αὐτῶν ἵσταί με πάλιν δὲ πᾶσι λέγει, ἀλλ' ἀπὸ πάντων ἡρώδης ἡδὲ γὰρ ὡς δέχεται πάντως ἔβην τὴν ἐξ ἡραμυκίᾳ. In quatuor nostris codicibus Maz. Med. Fuk. ac Savil. scriptum est ἡραμυκίᾳ. Quam lectionem in quibusdam codicibus se reperisse statuit Stephanus. Verum si ita legamus, necessarium scribendum erit πρὸς τὸν δευτέρου ἀδελφῶν τῶν μαρτύρων, &c. Certe Nicephorus in lib. 2. cap. 34. videtur legisse. Sic enim hunc Eusebii locum interpolavit: εἰς δ' ἀδελφῶν ἐξέλειπεν τὸν πρὸς τῶν ἄλλων ἢ τὰς τῶν Ἀποστόλων ἐπιτομὰς ἡραμυκίᾳ.

In Caput XXIII.

τὰ κατὰ τοῦτου τολμάται. Quatuor nostri codices Maz. Medic. Fuk. & Savil. pro τολμάται scriptum exhibent τολμάματα. Quod equidem magis probo. Nam si τολμάται legerimus, superfluum erit τὰ κατὰ

sufficit dixisse τοιαῦτα δὲ αὐτοῖς κατὰ τοῦτου τομμά-
ται. Paulo ante iidem codices Maz. Med. ac Fuk.
pro ἡγεσιππος scriptum habent ἡγεσιππος.

ὁ δὲ ἡγεσιππος δὲ τὰς πρώτας τῶν δόξασθων ἡρώμων
ἀδελφῆ. Rufinus legisse videtur ἐν τῇ πρώτῃ δια-
δύξει. Sic enim vertit: *Hegesippus qui post ipsas sta-*
tum primas Apostolorum successiones fuit, &c. Vul-

gata tamen lectio minime repudianda est, cum He-
gesippi ætas in primam Apostolorum successiōnem
incidit. Prima enim Apostolorum successio usque
ad tempora Marci Antonini producit. Eo nam-
que imperante, Polycarpus Joannis Apostoli disci-
pulus coronam martyrii reportavit. Recte igitur
Hegesippus in prima Apostolorum successione vi-
xisse dicitur, quippe qui floruit Antoninorum
principatu. Cumque Romanus venisset pontificatu
Eleutheri. In Chronico Alexandrino, quod qui-
dem Antiochenum libentius vocaverim, Hegesip-
pus mortuus esse dicitur principatu Commodi & Au-
gusti. Aequalis igitur fuit Irenæo: quem etiam pri-
mæ Apostolorum successiōnis contiguum fuisse tes-
tatur Eusebius in lib. 5. cap. 20. ubi de libro eius a-
git qui inscriptus erat de Ogiadoe. ἐν ᾧ δὲ ἡγεσιππος
ἡγήσθη τῶν πρώτων τῶν δόξασθων κατελευθέρησεν ἰαυτὸν
ἀδελφῆ.

μετὰ τῶν Ἀποστόλων. Hieronymus in Catalogo
hunc locum ita vertit: *Suscipit Ecclesiam Hierosoly-*
mita, post Apostolos frater Domini Iacobus. Quasi le-
geretur μετὰ τοῦ Ἀποστόλου. Longe rectius adver-
sarius Hieronymi Rufinus interpretatus est *cum A-*
postolis. Nam Apostoli una cum Jacobo Episcopo
Hierosolymitanam rexerunt Ecclesiam, Quare per-
peram Rufinus in cap. 2. hujus libri, Jacobum Apo-
stolorum Episcopum nominavit. Atqui Clemens
cujus verba illic interpretatur Rufinus, Jacobum
non Apostolorum, sed Hierosolymorum Episco-
pum factum esse dicit. Porro Rufinus id hausisse vi-
detur ex Clementis Recognitionibus, quas vel
ipse, vel Paulinus latine vertit. Nam in lib. 2. eius
operis Clemens, Jacobum fratrem Domini, quem
ipse Archiepiscopum nominat & principem Epi-
scoporum, Episcopali auctoritate a postolis omni-
bus præcipientem inducit.

ὁ ἡγεσιππος ἐστὶ πάντων δίκαιος. Post hæc ver-
ba in codice Mazarino ac Fuk. apposta est distin-
ctio. Quam quidem in terpunctione lectus vide-
tur Rufinus. Sic enim vertit: *Suscipit Ecclesiam*
cum Apostolis frater Domini Iacobus, qui ab omnibus
cognominatus est justus, ab ipsis Domini temporibus
περιπατῶν ἡμεῖς αἰώνος. Verum in codice Regio ac
Med. & apud Nicephorum nulla est adscripta distin-
ctio post vocem δίκαιος; sed totus locus uno spi-
ritu continuatur hoc modo, ὁ ἡγεσιππος ἐστὶ πάντων
δικαίος τῶν τῶν κυρίων χρόνων μετὰ ἐξ ἡμῶν. Id est qui
ab ipsis Christi temporibus usque ad nostram ætatem ju-
stus ab omnibus cognominatus est. Et hanc quidem
distinctionem in interpretatione mea sequi malui,
p. A. Musculum & Christophorionum: quippe quæ
etior & sequentibus Hegesippi verbis magis con-
gruente mihi videretur. Subjicit enim Hegesippus,
ἐπὶ πολλοὶ μὲν Ἰακώβου ἐκαλοῦντο, &c. Quæ verba
sine dubio referuntur ad ea quæ præcesserunt, ὁ ἡγε-
σιππος ἐστὶ πάντων δίκαιος. Reddit enim rationem
Hegesippus, cur Jacobus justus ab omnibus cogno-

minatus sit. Quippe, inquit, multi fuere Jaco-
bi; sed hic præ ceteris iustitia excelluit, ut multis
argumentis deinceps probat Hegesippus. Deinde
si priorem distinctionem sequamur cum Rufino,
falsum erit illud quod sequitur, Jacobum scilicet
Episcopum à temporibus Domini usque ad Hege-
sippi ætatem permanisse. Nam Jacobus quidem
Justus cæsus est Neronis principatu. Hegesippus
verò Antoninorum temporibus floruit, ut superius
observavi.

τοῦτο μὲν ἡγεσιππος, &c. Totum hunc Hegesippi lo-
cum jam pridem examinavit Scaliger in *Animadver-*
sionibus Eusebianis pag. 178. multaque in eo repre-
hendit, quæ operæ pretium erit legere. Adde et-
iam quæ adversus Scaligeri censuram scripsit Dio-
nysius Petavius in *Notis ad Hæresim 78.* Epipha-
nii, & P. Halloixius in *Notationibus ad vitam He-*
gesippi cap. 3.

διὰ τὸ ἀεικάμπην ἐπὶ γένου. Dux postremæ vo-
ces absunt à codice Fuk, & apud Nicephorum. Ve-
tium in codice Maz. ac Med. totus hic locus ita le-
gitur διὰ τὸ ἀεικάμπην προσκυνεῖν τῷ θεῷ τὰ γέ-
νητα.

ἐκαλεῖτο δίκαιος & ἄβελιός. Nicolaus Fullerus in
lib. 3. *Miscellaneorum Sacrorum*, hunc locum sic
emendat ἐκαλεῖτο σαβδίκος & ἄβελιός, ὁ ἔχων δίκαιος
& περιουχὴ λαοῦ. Quam doctissimi viri emendatio-
nem libenter amplector. Tamen cum Epiphanius
in hæresi 78. & Jovius Monachus quem vulgo male
Jobium vocant, Jacobum Obliam dictum esse tes-
tentur, retinenda est vulgaris lectio; maxime cum
Ophias hebraice arcem populi significet. Sed &
Rufinus atque Nicephorus vulgatam lectionem
tuentur.

τῶν ἑπτά ἀίρεσεων τῶν προσηραμμένων μοι. Locus
Hegesippi, in quo de septem Judaici populi sectis
se scripsisse testatur, existat in libro 4. Eusebii no-
stri cap. 22. Ad quem locum Deo juvante, plura
dicturi sumus de septem illis sectis.

τὴν ὀστίαν Ἰησοῦ. Ostium hoc loco est introdu-
ctio, seu institutio atque initiatio. Ostium igitur
Christi nihil est aliud, quàm fides in Deum Patrem
& in Filium ac Spiritum sanctum. De hoc ostio
dicitur in Psalmis: Hæc est porta Domini & Justi
intrabunt per eam, ut explicat Clemens in lib. 6.
σρωματίων. Et ostium quidem Joannis Baptiste e-
rat pœnitentiæ: Christi verò ostium est remissio pec-
catorum quæ fit per baptismum.

οὐκ ἐπίστευον ὅτι ἀνάστασιν. Male Rufinus eumque
secutus Christophorionus vertit *non crediderunt*,
quasi legeretur οὐκ ἐπίστευσαν. Longe melius Muscu-
lus vertit *non credunt.* Nam Græca vox hanc habet
significationem. Falsum tamen est eas sectas non
credidisse resurrectionem. Nam Pharisei eam cre-
debant.

ὅσοι δὲ ἐπίστευσαν, διὰ Ἰακώβου. Vox ἐπίστευσαν ite-
rum repetenda est: quod virgula illa quæ in manu-
scriptis etiam codicibus appicta est, satis declarat.
In vetustissimo codice Mazarino post ἐπίστευσαν pū-
ctum adscriptum est ad pedes literæ, quod virgulæ
nostræ respondet; & Græce quidem vocatur ὑπο-
σημῶν, à Latinis autem subdistinctio.

μετὰ ἐξ τῶν Ἰδίων. Merito Scaligerum hic repre-
hendit Dionysius Petavius, quod negasset licuisse
ulli Gentili, interesse festis diebus Judæorum,

Pag. 64.

Pag. 65.

Nam præter locum illum quem citat Petavius ex Evangelio Joannis cap. 12. plurima suppetunt Josephi testimonia, è quibus discimus, Gentiles asy-morum solemnitati sæpius interfuisse. Certe Vitellius Legatus Syriæ, festo Paschæ ingressus est Hierosolyma, & à Judæis honorifice exceptus, ut legitur in lib. 18. originum Judaicarum cap. 6. Idem de Quadrato Legato Syriæ in lib. 20. scribit.

ὡς ἀννά. Scaliger in animadversionibus Eusebianis hæc de Jacobo dicta esse existimavit: cui in eo quidem facile assentior. Sed quod negat idem Scaliger Jacobum filium David dici potuisse, in hoc graviter hallucinatur. Fuit enim Jacobus filius Josephi, ac proinde oriundus ex stirpe David. Porro verissimum est quod ait Scaliger, eos qui Osanna acclamabant, palmas manibus gestare debuisse. Cujus rei illustre exemplum est in itineraio Hierosolymitano Antonini monachi pag. 30. Ex quo discimus, morem olim fuisse Christianorum, ut Episcopis ac presbyteris advenientibus obviam procedentes honoris causas acclamarent Osanna. Ibi venerunt mulieres in occursum nobis cum infantibus, palmas in manibus tenentes, & ampullas cum rosaceo oleo: & prostrati a pedibus nostris, plantas nostras ungebant, cantabantque lingua Ægyptiaca psallentes antiphonam: Benedicite vos à Domino, benediciteque advenisse vester, Osanna in excelsis. Idem testatur etiam Hieronymus in cap. 21. Matthæi. Videant ergo Episcopi & quantum libet sancti homines, cum quanto periculo dicit ista sibi patiuntur: si Domino, cui vere hoc dicebatur (quia nec dum erat solida credentium fides) pro crimine impingitur. Ceterum voces illas Osanna filio David, quas à quibusdam Judæis acclamas tunc fuisse dicit Hegesippus, non immerito quis existimet de Christo potius quàm de Jacobo intelligi oportere. Nam cum Jacobus in fastigio templi positus, Jesum revera Christum esse ac Redemptorem generis humani prædicasset, Judæi quidam Christi fidem amplectentes, acclamare cœperunt Osanna filio David, id est Jesu Christo palma & victoria.

ὡς ἀννά. In omnibus nostris exemplaribus duo sunt vocabula ὡς ἀννά. Ita etiam apud Hieronymum in interpretatione nominum Hebraicorum Osanna, salvifica, quod græcè dicitur ὡς ἀννά. Virumque autem nomen per extensam litteram legendum. Id est, Osannatam in Hebræa quàm in Græca lingua primam syllabam producit. Isidorus quoque in lib. 6. originum, Osanna ex duobus vocabulis Osi & Anna compositum esse testatur, elisa scilicet una littera, sicut in versibus cum scandimus. Osi enim salvifica interpretatur: Anna interjectio est, motum animi significans sub deprecantis affectu. Quæ Isidori verba desumpta sunt ex Hieronymi Epistola 145. ad Damasum.

ὡς τῶ Ἡσαΐα. Memoria lapsus esse Hegesippum affirmat Scaliger. Neque enim hunc locum apud Esaiam exstare, sed in lib. qui inscribitur Sapientia Salomonis cap. 2. Sed fallitur ipsemet Scaliger qui Hegesippum temere reprehendit. Revera enim hic locus legitur in Esaiâ cap. 3. δὴς ὠμῶν τὸν δίκαιον, ὅτι δὲ ὄρασις & ἡμῖν ἐστὶ τοίνυν τὰ ἔργα αὐτῶν φάνονται. Sed & in eo fallitur, quod apud Rufinum pro Esaiâ Hieremiam scribi dicit. Porro He-

gesippus hunc Esaiæ locum quem dicit, in mente habuit paulo supra, cum diceret, Jacobum à Prophetis justum esse appellatum. ἐκαλεῖτο δὲ αὐτὸν ἰσραήλ πρὸς τὴν αἰωνίαν ἀνάμνησιν.

ἡοὺ ῥαχαβείμ. Merito Nicephorus hæc duo vocabula expunxit, ut jam pridem notavit Scaliger, tum in animadversionibus Eusebianis, tum in Eusebio Trihæresi cap. 25. Sed tamen cum apud Rufinum legantur, & in omnibus nostris exemplaribus exstant, ferri commode possunt. Ac si rem accuratius expendamus, non sunt ita inepta atque inutilia ut putavit Scaliger. εἰς τῶν ἱερέων τῶν ἡοὺ ῥαχαβείμ. Unus ex sacerdotibus de filiis Rechabab filii Rechabim. Idem enim est ac si diceret, unus ex sacerdotibus, filius Rechabab de genere Rechabitarum. quæ postrema verba consule edita sunt, in Rechabab pater illius sacerdotis, ab aliis Rechabab distingueretur. Plures enim eodem nomine appellabantur Rechabab: verum hic de quo loquitur Hegesippus, erat ex stirpe Rechabitarum illorum, de quibus locutus est Hieremias.

παύσασθαι τί ποιεῖτε. Epiphanius in Hæresiologia non à Rechabita sacerdote hæc dicta esse scribit, sed à Symeone Clopæ filio, qui Jacobi iusti frater pertruelis erat.

λαβῶν τὰς ἀπ' αὐτοῦ εἰς τὸν κρητὸν τὸ ἔθλον. Ita verba duobus modis construi possunt: nec potest modo εἰς τις ἀπ' αὐτῶν, λαβῶν τὸ τῶν κρητῶν ἔθλον. Id est unus ex illis arrepto fullonis veste hunc modum, τὰς ἀπ' αὐτῶν, εἰς τὸν κρητῶν, ἔθλον τὸ ἔθλον. Quam distinctionem secutus est Rufinus ita enim vertit: Et unus ex ipsis fullo, arrepto fullonis vestes exprimeret solent. Neque aliter ceteri interpretes. Atque hunc sensum confirmat Clementis Alexandrinus in libro 7. Hypotyposeon, ubi scribitur à fullone interemptum esse scribit. Verba Clementis habentur supra in cap. 1. huius libri. Ambrosius Collatus in lib. 1. de Excidio Hierosolymæ non fullonis veste, sed securi percussam ostendit scribit.

τὸ ἔθλον ἐν ᾧ ἀπεπίεζε τὰ ἱμάτια. Hieronymus in libro de Scriptoribus Ecclesiasticis hunc locum expressit: Fullonis fuisse, quo uia vestimenta conqueverunt, in cerebro percussus interiit. Hieronymus verba Græcè ita vertit Sophronius: τὸ τῶν κρητῶν ἔθλον ἢ τὰ ἱμάτια ἐπιπέσει εἰς ἄσπετον. Musculorum autem Eusebii locum ita vertit: unus ex fullonibus arrepto instrumento quo vestimenta excutuntur arripuit. Langus verò Nicephori interpretis sic reddidit. Et fullonum quidam ligno quo vestes excutiebant arrepto. Mihi quidem magis placet Rufini & Christophoroni expositio, qui vestes pretereas exprimeret interpretati sunt. Id enim significatur πεπίεζειν, ex qua sit πεπίεσειον, quod est latine pressorium seu prælum. Duplex fuit fullonum officium. Nam & maculas eluebant è vestibus; & eas decolorabant, ac splendorem iis conciliabant. præterea autem ad id pressorii seu prælis, ut notavi ad lib. 1. Amm. Marcellini pag. 366. Porro in manu scriptis nostris Maz. Med. ac Fuketii scriptum est ἀποπίεζε.

ἰδαΐαν αὐτὸν ἐν τῷ τόπῳ. Ita quidè codex Regius quem secutus est Stephanus. Verum reliqui omnes Maz. scilicet Med. ac Fuk. aliquot vocalibus mutatas sunt hoc modo, εἰς ἰδαΐαν αὐτὸν ἐν τῷ τόπῳ.

Suprà notavi ad caput ultimum libri primi, ubi de Thaddæo & Abgaro agitur. Verum hoc loco non querimus quem titulum mereatur Marcus, sed tantum quid Eusebius scripserit.

ἐν τῇ θριπτικῇ ἢ ἐν τῇ πάντῃ θραυμάσει. Tota hæc pericope in tribus nostris codicibus Maz. Med. ac Fuketiano, & in interpretatione Rufini defidetur. Quia tamen in codice Regio habebatur, ipsam retinui. Sed & ipsum Anniani nomen per duplex restituimus ex auctoritate codicis Maz. ac Medic. quibus Rufinus ac Hieronymus allique subscribunt. Quippe nomen latinum est Annianus, & ab Annio deducitur.

In Caput XXV.

748.67. τὴν ἀνατολὴν πᾶσαν ὑποτάξας. Quisquis Tertulliani apologeticum latine vertit, sive is Eusebius sit, quod non puto, sive quis alius, Tertulliani verba non intellexit. Neque id in hoc uno Tertulliani loco ei contigit, sed etiam in aliis pluribus Tertulliani locis, qui ab Eusebio græce in hoc opere proferuntur.

ὑπὸ τῆρου καταειδίμια. Nicephorus hunc Tertulliani locum ex Eusebio citans, addit verbum εἰς. quod quidem necessarium videtur ad explendam totius loci sententiam.

καὶ μετακείων ἀποστολῶν. Post has voces in manuscriptis codicibus Medica & Fuketiano leguntur hæc verba ταῦτα μὲν οὗτοι. Quæ in Mazarino etiam codice adduntur ad marginem. Verum hæc prorsus aliena sunt ab hoc loco. Videntur autem addita fuisse ab imperito scholiaste, qui putavit eundem illa quæ de Petro & Paulo præmisit Eusebius, desumpta esse ex Tertulliani Apologetico; quod tamen verum non est.

ἐκκλησιαστικὸς ἀνὴρ. Tribus modis dicitur Ecclesiasticus. Interdum enim accipitur pro Christiano, & opponitur Gentili, ut apud Hieronymum in præfatione libri de Scriptoribus Ecclesiasticis. Atque ita fumpsisse videtur Cyrillus in Catechesi 15. cum ait σημεῖον ἐκκλησιαστικὸν ἡντιμερῶς ἐκ ἐκκλησιαστικῶν. Interdum verò Ecclesiasticus designat Catholicum, & opponitur hæretico, ut apud Hieronymum in præfatione in Matthæum, & in Commentariis in Ecclesiastem pag. 27. & in cap. 13. Ezechielis. Ita Origenes in Tomo 16. Explanationum in Joannis Evangelium. Dicit profecto Heracleon, & secum fortassis sentiens alius Ecclesiasticus. Et Cyrillus in Catechesi 15. supra citata, ubi dicit ταῦτε δὲ εἶναί τῶν ῥωμαίων οἱ ἐκκλησιαστικοὶ καθὼς δὲ ὠκασίον ἐξηγήται. Epiphanius in hæresi Audianorum pag. 821. Deniq; Ecclesiasticus interdum denotat eum, qui in clero est constitutus: & opponitur sæculari seu laico, ut apud eundem Hieronymum in Epistola ad Pammachium de optimo genere interpretandi, & in Epistola 46. ad Rusticum. Item in præfat. Commentariorum in Danielelem, & in libro secundo Apologiz adversus Rufinum. Atque ita sumit hoc nomen Cyrillus in Catechesi 17. cum ait: καθὼς μέγιστον σημεῖον ἐκκλησιαστικὸν ἀρχόντας κοσμικοὺς ὑπὸ τῶν ἐκκλησιαστικῶν ἀγομένων, & διδασκομένων. Auctor Quæstionum veteris & novi Testamenti cap. 121. Et Imperatores in lege 20. codice Theod. de Episcopis & Clericis. Ecclesiasticos aut ex Ecclesiasticis, vel qui continentium se volunt nomine nuncupari, &c.

A & in lege 21. eodem titulo. Hi qui Ecclesia obsequium deputarunt, curis habentur immunes, &c. Et paulo post: ceteri revoventur, qui se ipsos in Ecclesiasticis congregarunt. Cum igitur hæc vox triplicem habeat significationem, quæritur quidem in secunda significatione malum accipere hoc loco, tum quia hæc frequentior hujus vocabuli significatio est, tum quod Eusebius de Capto libro adversus Proclum loquens, utrumque proprio epitheto designavit. Cajum enim Ecclesiasticum hominem appellat: Proclum verò Cataphrygarum sectæ patronum, id est hæreticum, id est ἀπὸ ἀπὸ τῆς κατὰ φρυγίας ἀποστασίας γινώσκοντος φως διὰ τὴν εὐαγγέλιον, &c. Quippe Cataphrygarum hæreticum duas partes divisa est. Alterius princeps fuit Proclus: alterius verò Æschynus. Qui Proclum loquebantur, dicebantur οἱ κατὰ ἀπὸ κλητον. Quæ Æschyni favebant, dicebantur οἱ κατὰ ἀποκλήτον, ut dicit Tertullianus in libro de præscriptione Hæreticorum.

καὶ τὸν βασιλικόν. Mirum est in omnibus nostris codicibus uno consensu haberi: βασιλικόν, nec aliter legitur in Chronico Georgii Syncelli. In sequentibus verbis ἢ ἐν τῇ πλὴν ὁδῶν πλὴν ὁδῶν nostris codices εἰς ἵαν habent. Verum in hoc sentiant, quod Mazarinus quidem & Medicæ codex cum leni spiritu scriptum habent εἰς ἵαν: Æschynus autem & Fuketianus asperum adhibere scriptum. Potro Vaticanus quidem ad B. Petrum referri debet, qui sepultus est in Vaticano. Officium autem via Paulum denotat, qui sepultus est in Ostiense.

ταῦτα ἔχοντες. Scribendum puto ταῦτα. Quæ lectionem interpretatio nostra expressit. Atque ita videtur legisse Rufinus, qui sic vertit. Sed habentes communionem à Petro & Paulo, plantam Romanam & Corinthiorum Ecclesia conjunxistis.

ἵνα τὸς αὐτῆς ἡμετέρας. Id est, per hujusmodi stram cohortationem. Respondet Dionysius Epistolæ Soteris & Cleri Romani, qui missis ad Corinthios literis, eos benevolè admonuerat, ut non fra docet Eusebius in lib. 4. cap. 22. Quod jam antea Clemens Romanus Episcopus fecerat, hæc ad Corinthios literis. Ait igitur Dionysius Soter: Vos per vestram hanc communionem; plantam Romanam & Corinthiorum Ecclesia à Petro & Paulo olim factam, nunc denno conjunxistis. Hæc verò sensus expositi, quia Interpretes ac præcipue Christophorus, in hujus loci versione magno perterriti errarunt.

ἡμετέρας. Ita quidem scribitur in Chronico Georgii Syncelli. Sed nostri codices Regium. Maz. Med. ac Fuk. habent ἡμετέρας per simplex, quod equidem magis probò.

φοιτήσαντες. Georgius Syncellus in Chronico habet φοιτήσαντες rectius. Sed & in his quæ sequuntur ὁμοίως δὲ ἔς τὴν ἰταλίαν, supplendum est φοιτήσαντες. Sane in codice Regio & Med. post ἰταλίαν, virgula ponitur.

κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν. Non dicit aperte Dionysius Petrum ac Paulum uno eodemque die passos fuisse, sed tantum eodem tempore; quod de plurimum dierum intervallo explicari potest. Prudentius quoque

ἐπεὶ αὐτὸν ἐκεῖνον ἡμέραν ἐκεῖνην ἐπέσειον ἅπαντες οὗτοι οἱ ἄνθρωποι ἕως τῆς ἑβδόμης ἡμέρας. Verum inter utriusque necem anni spatium intercessisse. Cum Prudentio consentit Augustinus in Sermone 28. de Sanctis, & in sermone nuper edito Parisiis in Supplemento operum Augustini. Arator lib. 2. hist. Apost. Symeon tamen Metaphrastes hæc Dionysii verba ita accepit, quasi dicere voluisset, Petrum ac Paulum eodem die simul fuisse martyrium. Verba ejus sunt in Commentario de Peregrinationibus Petri ac Pauli apud Surium in Tomo 3. *Cajus verò quidam vir Ecclesiasticus, & Zephyrinus Romanorum Episcopus, & Dionysius Corinthius scribunt, uno tempore & simul Petrum & Paulum fuisse martyrium.* Sed primò falsum est, quod ait Metaphrastes de Cajo. Quòd si quis objiciat, Cajum forte id dixisse alio in loco quem non adduxit Eusebius: Respondeo Eusebii nostri eam fuisse diligentiam, ut nunquam id omisurus fuerit, si à Cajo didicet fuisset. Id enim agit in hoc capite, ut doceat Petrum ac Paulum Romæ passos esse eodem tempore. Ac prius quidem probat Caji testimonio; alterum verò verbis Dionysii. Quòd si Cajo de tempore martyrii Apostolorum idem dixisset quod Dionysius, cur Eusebius id tacuisset hoc loco. Fallitur etiam Metaphrastes, dum Zephyrinum ejus rei citat auctorem. Videtur enim legisse in Eusebio, *ὅτι Ζεφυρίων ἰσχυροῦς ἐπίσκοπος*.

In Caput XXVI.

αὐτὸς δὲ ἰώσηφ. Ab his verbis caput inchoavit, secutus auctoritatem codicis Regii. In codice autem Mazarino aliam lectionem ac distinctionem reperimus. Caput enim orditur ab his verbis, quæ paulo antea leguntur, *καὶ ταῦτα εἶπε ὡς ἀπέτι μάλλον*. Et totum locum ita legit ac distinguit: *καὶ ταῦτα εἶπε ὡς ἀπέτι μάλλον πιστεύειν τὰ τῆς ἰστορίας αὐτῶν ὅτι ἰώσηφ πλείους ὄντας ἐπέσειον, &c.* Et post verba illa quæ sequuntur *διηλοῦν κατὰ λέξιν* apposita est distinctio. Eandem lectionem servat codex Medicæus ac

Fuketianus. Verum codicis Regii lectio atque distinctio, longe rectior mihi videtur, quam secuti sunt etiam Nicephorus ac Rufinus. Pene omiseram monere, in titulo hujus capituli scribendum videri τὸ ὑστατέρως adverbialiter, sic enim vertit Rufinus: *Ut innumeris Judæi malis afflicti sint, ac novissime contra Romanos arma moverint.* τὰς πόλεις μισῶν. Verba sunt Josephi ex lib. 2. de bello Judaico pag. 814. editionis Genevensis. τὸ ἐπαρχίον. Apud Josephum & Nicephorum scriptum est τὸ ἐπαρχίον. Nostri tamen codices nihil mutant. Sic etiam in lib. 3. cap. 33. de Plinio Secundo ἡ γῆ οὐ μὲν ἐπαρχίον. Provinciam autem hoc loco intelligimus Judæam, quæ post obitum majoris Agrippæ in provincie formam redacta fuerat, & à Procuratoribus Cæsaris regebatur.

τὸ ἐπὶ τοῖς ἀπειρημένοις ἀνάστασι. Apud Josephum legitur μετὰ τὴν ἀνάστασιν, quod sensu caret. Itaque Josephi Interpres Gelenius divinavit potius quam vertit. Nicephorus in libro 3. habet ἀναστάσιον: quam scripturam reperi etiam in codice Fuk. & Savilliano. Est autem ἀναστάσιον fuga seu migratio, ut supra notavi ad caput 21. Hinc in glossis veteribus recte exponitur ἀνάστασις ἡ ἐκ τῆς γῆς ἰσραὴλ ὑστέρως. Verum in optimis codicibus Mazarino ac Medicæo discrete scriptum est ἀνάστασι. Quæ quidem scriptura rectior mihi videtur. Sane Rufinus non aliter legisse mihi videtur. Sic enim vertit: *Sed tamen tam diu hoc & tam atroci spectaculo, multo gravius eos futurorum & per dies angelicentium malorum metus & formido terrebatur.* Adde quod Josephus eandem usurpat sententiam in lib. 20. antiquitatum, ubi de sicariis agit, *καὶ τῶν συμφορῶν τὸν φόβον εἶναι χαλεπώτερον.* Quæ Josephi verba retulit Eusebius supra cap. 20. Certe non ovum ovo similis est, quam sunt inter se similia hæc duo Josephi loca. Tantum pro eo quod φόβον dixit in lib. 20. Antiquitatum, hæc ponit ἀνάστασιν, quod eandem habet significationem.

HENRICI VALESII
 ANNOTATIONES
 IN LIBRUM TERTIUM
 HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ
 EUSEBII PAMPHILI

In Caput 1.

Quas min τὸ παρθεῖον. Idem scribit Clemens in lib. 9. Recognitionum; apud quem Petrus ita loquitur: *Denique apud Parthos, sicut nobis Thomas, qui apud illos Evangelium prædicat scripsit, nonnulli jam erga plurima matrimonia dissolventur.* τὴν ἐν ἑξαπορίαις ἰσραήλ. Codex Mazar. & Medicum Fuk. ac Savil. τὴν ἐν ἑξαπορίαις ἰσραήλ scriptum habent, rectius ut opinor. In Epistola Ca-

Dtholica B. Petri legitur παρὰ τῶν ἑξαπορίαις πέντες, &c. Verum in Epistola Jacobi scribitur δὲ ὅσα φυλάττειται ἐν τῇ ἑξαπορίαι. Porro Judæi per totum orbem dispersi sunt variis temporibus & variis ob causas. Primò quidem cùm abducti sunt ab hostibus in Babylonem & in Ægyptum ac Syriam: cùmque à Romanis duce Pompejo victi & in servitutem redacti sunt. Deinde spontanea migratione; ut contigit temporibus Machabæorum, cùm quidam sponte ex Judæa in Ægyptum sedes transtu-

